

Weichbild magdeburski w wersji sandomierskiej

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. BOZ 90, k. 45v–69v

Odczyt: Maciej Mikuła

[k. 45v] Incipit ius municipale de Theutonico in Latinum.

Et sic incipitur prologus.

[I]n nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Primo dicit de summa Trinitate et fide, et hoc opus locatum est supra firmum fundamentum, de quo [I] dicit Apostolus: Fundamentum nemo aliud ponere potest, preter id, quod positum, quod est Christus. Ubi enim Christus fundamentum non est, ibi nullus boni potest superesse edificium ad invocacionem summe et individue Trinitatis. Exemplum laudabile me compellit et ratio violenta, quia hoc a maioribus factum esse dinoscitur, quod a minoribus est, ut sit completum. Et mos retinendus fidelissime vetustatis, licet eum non exemplis, sed legibus est iudicandum, verum tamen exemplum aliquis potest sequi maxime, ubi recte aliquod factum intuetur. Ad probandum, si quidquid in quolibet principio a gloria Trinitatis debeat auxilium peti, sola ratio sufficere potest, cuilibet enim rei potentissima pars est principium, et ex his, que inordinate inchoate sunt, non possunt ordinabiliter agi. Per se patet, qualiter bene et laudabiliter omnia geruntur, si principium fuerit decens et amabile Deo, et vix in vero peragantur exitu, que malo inchoate sunt inicio. Quibus omnibus luce apparet, quod finis laudabile a bono dependet principio et tanquam suo maiori subiacet et maioribus manus vertitur et ibi caucius est agendum. Ipsa est enim benedicta Trinitas, in cuius nomine et consilio omnis [k. 46] actus progreditur. Sic {sic} enim ad omnipotentis Dei auxilium debemus oculos erigere, ut non in artis sciencie, eloquencie iaculis confidere debeamus, sed omnem spem et omnem propositum erigamus ad providenciam Trinitatis, ipsa enim laboratoribus aurem apperit et inclinat: Apprehendite etenim disciplinam et sapienciam, nequando irascatur dominus et ne pereatis de via iusta [Ps 2,12]. Nos sermo propheticus exortatur, felix exortacio, dulce consilium; qui enim est sapiencia, iusticia, veritas, fortitudo, et sancitas. Et qui ignorat sapienciam et Scripturas, Christum ignorare ex scriptore testimonio prohibetur. Christus etenim Dei virtus est et sapiencia, ignorancia autem Scripturarum ignomi[ni]a est Christi iuxta apostolicum. Apprehendit siquidem sapienciam, qui insipenciam procul pellit, egressus enim unius alterius operatur ingressum. Cum renuntiatur improbitati, nascitur virtus. Qui enim sapienciam non apprehendit, inproperabitur ei a Domino, et ideo sacerdocio non fungetur et in tenebris ignorancie latitans, mentis oculis excecatus iusticiam invenire non poterit. Sine qua, et ceterarum virtutum in ipso fulgeant radii, pro nichilo reputantur, ipsa enim, que inter ceteras virtutes [I] perfectissima dicitur, que iura omnibus distribuit et ea causa iusticie appellatur, ut elegit in autoribus, ut omnes obediant iudicio. Hec est enim illa virtus laudabilis, que diffinitione mobiliter diffinitur. Iusticia ergo constans et perpetua voluntas, ius suum cuilibet tribuens, que

concupiscencie conatus sua virtute exprimit ac desiderat reservare, ut in prohemio decretalium. Cum igitur subiectum libri presentis nullum sit aliud ponere preter ius et iusticiam, felix liber cui tam mobile [s] famulatur subiectum, felix, inter cuius verba liber iste sic mire fasciculus poterit comemorari. Merito igitur, qui opus tantum egreditur, ut librum signatum septem sigillis apperia[t], summe Trinitatis auxilium expertet [s] et inploret. Ergo siquidem inter ceteros lectores minimum me reputans et ignorancie mee tenebras non ignoratus, excusare me deberem, cum propheta dicente: ·A,·a,·a· Domine Deus, nescio loqui, qui ego puer sum [Jr 1,6], [k. 46v] quoniam altus est puteus sciencie sapiencie, et non est cum quo hauriam, que[m]admodum mulier Chananea, cum de Dei omnipotentis, qui aquam vivam distribuit et largitur, confisus de misericordia opus presens egrediar spem firmissimam gerens, quod de fonte graciaram suarum ad siccitatem meam rivulum demonstrando, de pane sue consolacionis, ne in via deficiam, buccellam michi porrigat. Ne igitur prolixitas, que frequenter parit fastidium, sermonem protrahat inensum, sed attendens, quam omne artificium per exercitium recipit incrementum, sciencie vel eloquencie iaculis confisus, sed omnem spem, omnem propositum refferrens ad omnipotentis Dei legis consilium, que est omnium vera salus. Sed quoniam scriptum est, ut nemo alcioem locum in scolis teneat, nisi cui laborum assiduitas et studiorum prolixitas sufragatur, ego fundo principium super lapidem angularem, qui es[t] Christus [/] Alpha et O[mega], principium et finis.

Explicit pr[o]logus.

[hasła: prolog]

[1] Incipitur de cezare Octone, qui fundavit templum in Meÿdeburg et primo incipit. Capitulum primum.

[C]ezar Octo Ruffus fundavit templum in Meÿdeburg et dedit cuilibet municipale ius secundum eorum arbitrium. Extunc arbitrati sunt, quod eligerent scabinos et consules, scabinos ad diuternum [s] tempus et consules ad unum annum. Qui tunc iuraverunt et tunc iurant annis singulis, dum eliguntur, ius ac profectum et honorem custodire ac agere, quanto caucius et melius sciant, autem possunt, cum consilio aut iuvamine seniorum. Consules exponunt suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem cum seniorum consensu. Consules eciam habent potestatem iudicandi super quamlibet vacuam mensuram ac pondera iniusta, ac corretos iniustos et cuiuslibet cibi seu potus mercimonia. Et quicumque hoc violaverit, demeretur tres Slavonicas marcas, que faciunt triginta tres solidos. Quando consules suum conventum faciunt aut exponunt, extunc quitquid statutum fuerit aut conpromissum [k. 47] in isto conventu, quod iure divino non contradicit, firmum et inviolabiliter debet observari. Et cuicumque violaverit, hoc consules agere debent. Et quicumque ad conventum venire neglexerit, cum signum datur per campanam, demeretur sex denarios. Sin autem conventus sibi pronunctiatus fuerit, demeretur quinque solidos.

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]

[2] De iure penesticorum et comestibilia vendendum. Capitulum secundum.

[Q]ui penestici vocantur, si in aliquo demerentur vel si in aliquo derelinquerint in statutis civitatis, ita ut consilium decreta violaverint, si in hoc convictus fuerit, demerentur cuttem cum crinibus aut tres solidos. Et hoc arbitrio consulum comittitur, quod horum recipere voluerit. Quando penesticus consulum aut civitatis statutum infringeret foro in fanito, ita quod cuttem cum crine demeretur et cum pena redimet, hic manet sine iure et non potest ammodo aliquod forum comestibile absque civitatis aut consulum consensu exercere. Et si alii homines, qui communitatem aut fraternitatem habent, consulum seu civitatis promissum, hos oportet emendam secundum ius et edictum civitatis, et non possunt [/] ulterius aliqua comestibilia vendere, nec comunitatem habere seu acquirere sine consensu consulum et civitatis.

[hasła: kupiec, rajca, cech, cena, kara na skórze i włosach, targ, statut, wikierz, zezwolenie]

[3] De iniustis mensuris et iniustis pensis. Capitulum tertium.

[S]i metrete aut alie mesure parve seu iniuste fuerunt et iniuste pense, quod consules agere bene possunt secundum honorem civitatis aut cum triginta solidis emendare.

[hasła: miara, waga, kara, rajca]

[4] De tribus iudicis provincialibus advocati provincie. Capitulum quartum.

[I]lle supremus iudex, qui in Meydeburg iudicio presidet, hoc castellanus, qui sedet tria iudicia provincialia in anno: unum iudicium in die sancte Agathe, secundum in die sancti Johannis apostoli, tertium in octava beati Martini. Si ceciderit^a aut evenerit ad aliquod horum iudiciorum ad diem [k. 47v] celebrem aut feriatum, extunc amisit suum iudicium. Et si scultetus aut solus castellanus ad iudicium non venerit, quia scultetus cum castellano primam sententiam debet invenire, et si scultetus non venerit ad castellanum, extunc decem talenta demeretur, nisi legale impedimentum ipsum impediret, quod probare poterit, ut ius dictaverit. Quitquid terminalis [/s] factum seu commissum fuerit quatuor decem diebus ante suum iudicium, hoc castellanus debet iudicare et nemo alter.

^aci nadpisane ręką autora podstawy

[hasła: Magdeburg, sędzia, kasztelan, sądy wielkie, sołtys, przestępstwo, roczek, posiedzenie]

[5] De iudicio burgravii. Capitulum quintum.

[S]tuprum et obsidium ac irruenciam castellanus et nullus alter. Sed si castellanus presens esse non poterit, extunc cives eligunt unum iudicem loco castellani, pro excessu castellani manifesto reconpensam, quod acquisitum fuerit in iudicio bannito, debet solvi per sex ebdomadas. [/] Pena castellani tam talenta, pena sculteti octo solidi. Quando castellanus surgit et iudicavit, tunc iudicium suum expiravit et statim iudicium sculteti disponitur a proximo ad duas septimanas.

[hasła: Magdeburg, burgrabia, gwałt, napad na dom, kasztelan, sąd, kara sądowa, termin]

[6] De iudicio sculteti et tribus iudiciis. Ca[pitulu]m sextum.

[S]cultetus eciam habet tria iudicia legalia anno: unum in Epiphania Domini aut die sequenti, secundum tercia feria post conductum Pasce, tertium tercia feria post festum Trinitatis. Post hec disponit sua continue ad duas ebdomadas. Si dies iudicialis evenerit in diem celebrem, bene potest unam diem aut duas [/s/] post dies celebres iudicium suum disponere. Iudicium sculteti nemo potest iudicare, nisi scultetus solus vel preco, nec suus famulus. Quodsi scultetus in domo non fuerit et criminale nephas exortum fuerit, cives statuant unum iudicem pro crimine manifesto. Scultetus eciam debet habere legalitatem a domino terre et cum eo debet esse feodatus et verum suum feodum esse debet. Insuper liber esse debet et legitime natus de terra.

[hasła: sotys, termin, dzień świąteczny, sługa, wymóg]

[7] De clamore in vulneribus et in monomachalibus vulneribus. [Capitulum] septimum.

[k. 48] [Q]uodsi homo vulneratus, si clamorem proclamaverit et si ceperit hunc, qui ipsum vulneravit, et eum ad iudicium usque deduxerit, et si tunc ipsum cum hiis, qui clamorem suum audiuerint, protestare poterit mettseptimus, propius est eum vincere, quam ille eum evadere. Pro vulnere manum, pro homicidio collum. Si vulnus profunditatem unguis et longitudinem membri habuerit, acquirit homo duellum pro uno vulnere, et si victor fuerit, victus a victo[re]^a pro vulnere manum, pro homicidio collum.

<pro vulneratione b>

^a uzupełnienie victo[re] niepewne; ^b na górnym marginesie ręką komentatora

[hasła: zranienie, skarga, samosiódm, przysięga, bliższość do dowodu, kara ucięcia dłoni, kara śmierci, ścięcie, rana]

[8] De conflictu, qui sit in die aut tempore noctis. Capitulum VIII.

<X^a> [S]i contingat criminale nephas aut conflictus noctis vel diei et si probus homo pro eo accusetur, propius est evadere metseptimus, quam ille poterit eum vincere seu protestare, quia in isto loco per neminem conflictus visus est.

^a *na lewym marginesie*

[hasła: przestępstwo, przestępstwo nocne, samosiódm, przysięga, bliższosc do dowodu]

[9] De difinitione sentenciarum, quid sit iuris debitis. Capitulum IX

<Xi^a> [N]ec sculteto, nec castellano, nec scabinis nec civis aliquam sententiam [/] extra veros dies iudiciales diffinire, nisi sit factum manifestum aut vulnera mortalia, aut homicidia, seu furta seu alia criminalia. Castellanus et scultetus bene possunt omni die iudicare <Xii^a> pro debit[o], pro quo absque testimonio agitur, nisi civis agat contra hospitem et hospes supra civem pro debito cum testimonio, de quo alter alteri fassus est, quod bene potest iudicari sine mora. Et si adiudicatur debitor, habet solvere sequenti die, quod tenetur. <Xiii^a> Sed hospitem oportet iuramento protestare, quod si[t] aligenigena [s] et ita remote domicilium habeat, quod una die ad iudicium venire non possit.

^a *na marginesie*

[hasła: sołtys, kasztelan, wyrok, rana śmiertelna, zranienie, zabójstwo, kradzież, gość, dług, sąd gościnny, mieszczanin, sąd]

[10] De querimonia, que pernoctaverit pro vulnere. Capitulum X

<Xiiii^a> [Q]uodsi vir vulneratus fuerit et eodem die iudicium non quesierit et suam querimoniam pernoctaverit et, qui inculpatur, tunc comparavit, evadat eum metseptimus, quam ille super eum possit protestari. Sed si tribus iudiciis non [k. 48v] comparet, quarto iudicio describitur, ita tamen, si in iusto modo cittatus super eum conquestus fuerit.

^a *na marginesie*

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, uwolnienie od skargi, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, sąd]

[11] De stupro et obsidiis et irruenciis domiciliis, et Meyburgensii burgravii. Capitulum XI

<xv^a> [S]tuprum et obsidium et irruenciam domiciliorum burgravius iudicat nec alter nullus. Si aliquis irruit super alterius domicilium tempore nocturno aut diuturno, temeraria violentia, nulla precedente querimonia, et si in manuali facto deprehensus fuerit cum clamore, et si clamorem cum auditoribus suorum vicinorum metseptimus

hoc ostendendo probare poterit secundum iuris exigenciam, malefactor collum demeretur. Sin autem factum manifestum non fuerit, extunc propius est evadere metseptimus, quam aliquo testimonio vinci possit.

^a *na marginesie*

[hasła: gwałt, napad na dom, zasadzka, burgrabia, skarga, gorący uczynek, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, bliższość do dowodu]

[12] De homine, qui multis vulneribus fuerit vul[er]atus. Capitulum duodecimum

<Xvi^a> [Q]uicunque vulneratus fuerit, si clamorem proclamaverit, ad iudicium pervenerit, de quocunque querulatur, qui prius fuit, et si habuerit hos, qui clamorem suum audierint, et quot vulnera habuerit, tot homines potest inculpare. Sin autem hii homines comparu[er]it, duellum ipsis acquirere potest. Sin autem plures iudicialiter infestaverit, quam vulnera habuerit, alii omnes evadent suo iure, quivis metseptimus.

^a *na marginesie*

[hasła: zranienie, skarga, rana, uwolnienie od skargi, samosiód, przysięga, współprzysiężnik]

[13] De iure feminarum, si pars puerorum eradicati fuerint. Capitulum XIII

<Xvii^a> [S]i aliquis ducit uxorem et si vir luce decesserit, uxor nichil habet in suis bonis, nisi dederit pro dotalitio aut vite promissionem pro sua vita in iudicio bannito. <XiX^a> Nulla mulier potest vite promissionem, nec dotalitium possidere nec hereditarie possidere observare. Et cum de hac luce decedit, ad heredes revertitur sui mariti. <XX^a> Quodsi mulieri maritus nichil [k. 49] dederit in suis bonis, in pos[ses]sione bonorum sui mariti debet permanere, et pueri sibi necessaria ministrabunt, quousque in viduitate et sine marito voluerit permanere. Si vir oves habuerit, quas mulier recipiet ad supellectile. Et si pueri vellent dotalitium infringere, servare potest testimonio virorum ac mulierum metseptima, qui tunc presentes fuerint. Si vir pueros habuerit, aut mulier, quicunque ex hiis hereditatem vendere non possunt absque consensu. Hii pueri, qui potestate patris tempore mortis fuerant, si ex hiis unus moritur, istius partem dividunt inter se equaliter, tam hereditati, quam domestici.

^a *na marginesie*

[hasła: żona, mąż, wdowa, wiano, sąd wyłożony, uposażenie, gerada, dziecko, współprzysiężnik, samosiód, przysięga, wydzielony, dziedzictwo, spadek]

[14] De publicatione seu^a fiscacione possessione. Capitulum XV

<Xxiii^b> [Q]uando alicui sua possessio publicata fuerit iuste ac iudicialiter, quociens exit vel intrat, tociens penam iudici solvit, ita si publicacio super^c ipsum rite ac iuste^d sit atquisita.

^a sen; ^b na marginesie; ^c na marginesie ze znakiem wstawienia; ^d inste

[hasła: mulkta, kara sądowa, konfiskata]

[15] De pacis firmitate et de dono infra annum. Capitulum XVI

<Xxiii^a> [Q]uidquid masculus dat sub banno, si possidebit pacifice et quiete absque arestacione aliqua anno et die, hoc propius et melius obtinere potest [/] cum iudice et scabinis, quam ab ipso aliquis possit exbrigare. Quodsi iudex et scabini non sunt, quod tamen bene cum aliis fidedignis ad minus duobus et quatuor viris probitate probatis testimonio [probet], et sic bona donata sibi obtinebit.

^a na marginesie

[hasła: transakcja, rok i dzień, termin, spokojne posiadanie, sędzia, ławnik, świadek, współprzysiężnik]

[16] De dono in infirmitate donato. Capitulum XVII

<XXvi^a> [N]emo masculus, nec aliqua |femina^b| mulier possunt in loco egritudinis de bonis suis alicui ultra tres solidos dare absque heredum consensu seu voluntate.

^a na marginesie; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: darowizna *mortis causa*, zgoda, żona, mąż]

[17] De hereditate, ubi nec fratres nec sorores recipiunt. Capitulum XVIII

[Q]uodsi hereditas in fratribus aut sororibus deffectum habuerit, extunc omnes hii, qui in linea se equali consanguineitatis ostendere poter[n]t, in hereditate succedunt equaliter. Qui autem in possessione est, si bene sacerdos est autem manserit, tamen supellectilia inter se dividunt.

[hasła: dziedzictwo, spadek, siostra, brat, pokrewieństwo, gerada, kapłan]

[18] De firmatio[ne] pacis donacio[ni] pro hereditate. Capitulum XIX

Quidquid masculus dat [k. 49v] in iudicio bannito coram iudice et scabinis, recipiens det unum solidum de dono recognoscencie, quorum sunt solidorum pro doni cognicione, quem recipiunt scabini.

[hasła: sąd wyłożony, sędzia, ławnik, pamiętne, darowizna, transakcja]

[19] De debito per iuris extorsionem acquisito et iudicio, ubi conqueritur et fatetur. XX

<XXX^a> Quicumque aliquem coram iudicio pro debito impulsaverit, si debitum coacto iure consecutus fuerit, oportet eodem die solvere et iudex in eo suam penam acquisivit. Sin autem querimonia facta fuerit super aliquem pro debito, de quo fatetur, solvere tenetur infra duas ebdomadas. Si tempore statuto debitor non solverit, extunc iudex in eo suam penam acquisivit. Extunc solvere mandat ad octo dies, deinde ad tres dies, extunc sequenti die. Quotiens tunc mandatum debitor adimplere neglexerit, tociens penam iudex in eo acquisivit. Si penam iudici et creditori debitum solvere contempserit, extunc fiscatur sua [/] {sua} possessio. Per hoc compellitur, quod debitum creditori et penam iudicii persolvat. Si autem possessione carui[er]t, extunc banno compellitur, extunc bene comprehendī, ubi fuerit visus pro debito et pena. Et quicumque ipsum ultra hoc tenuerit penam iudici demeretur.

^a na marginesie

[hasła: dług, skarga, świadczenie, termin, dłużnik, sędzia, mulkta, kara sądowa, wierzyciel, posiadanie, kara]

[20] De i [s] ad limina impedimento sanctorum extra provinciam aut nundinas. Capitulum XXi

<XXXiii^a> [S]i aliquis ad limina sanctorum aut nundi[n]as extra provinciam aut extra terminos ire voluerit, et si ipsum aliquis pro debito vellet impedire, hoc fieri non debet, oportet ius suum coram suo iudice recipere. Et si uni testimonium adiudicatum fuerit, inducias ternas per duas ebdomadas optinebit, quemcunque elegerit a iudicio proximo.

^a na marginesie

[hasła: podróż, dług, sąd, termin]

[21] De pena illius, qui scabinum illicitis verbis in sede iudiciali obruit. Capitulum XXii

<XXXiiii^a> [Q]uicumque scabinum in scabino iudiciali imperraverit aut turpibus verbis obruerit, sca[k. 50]binus lucratur suam emendam triginta solidos, et iudex suam penam acquirit. Obruitur scabinus, postquam sua sententia difinita sit et consensus aliorum scabinorum preterierit, extunc omnes emendas acquirunt et iudex penas, et quod emende fuerint, totidem et pene iudici acquiruntur.

^a na marginesie

[hasła: ławnik, ława, obraza, kara sądowa, mulkta, nawiązka, wyrok]

[22] De concordia et ratione, que coram iudicio concordia fuerit aut absque iudicio.
Capitulum XXiii

<XXXV^a> [Q]uando concordia inter discordantes coram iudicio ordinata fuerit, diuturnos [s] fremitus, homo protestare potest cum iudice et scabinis. Quotsi scabini mortui fuerint, tunc protestatur cum hominibus fidedignis, qui in iudicio assuerunt [s]. <XXXvi^a> Quidquid scabini protestantur, hoc iudex cum ipsis debet protestare, simul et confirmare. Si ubicunque concordia facta fuerit, hoc facilius potest probare vir cum sex testibus solus septimus, qui interfuerunt et viderunt concordiam esse factam. Ubi concordia et vera fremitat [s] coram iudicio confirmata fuerit, si ipsam violat adver[er]sa pars, et si vincetur, ut ius dictaverit, cum iudice et scabinis, pro vulnere manum, pro homicidio collum. Sin autem contingerit, quod alter eam infringarit, hunc tamen <XXXvii^a> emendare cum recompensa oportet, pro vulnere novem talenta, pro homicidio decem et octo talenta, nisi se possit excusare secundum edictum.

^a na marginesie

[hasła: ugoda, sąd, sędzia, ławnik, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, kara ucięcia ręki, kara śmierci, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie]

[23] De filio excipere coram iudicio et mercede deservito iudicialiter optinere.
Capitulum XXiiii

<XXXViii^a> [Q]ui vir quivis suum filium ter potest exemere, quem habet in potestate, coram iudicio pro quolibet crimine capitali tacto sacramento metseptimus secundum ius municipale. Simili et vir potest filium suum, quem in potestate habet, tribus vicibus exemere, ubi autem ad manum vel ad collum percusit. Quarta autem vice ipsum solum propria in persona respondere oportebit, et patrem in suo iure non impedia [s], si filius prius bene respondisset. Si autem pater prius cum filio simul in eodem crimine coram iudicio impulsati [k. 50v] fuerint, extunc pater filium exemere non potest, nisi prius ab eodem crimine se expurgabit.

^a na marginesie

[hasła: syn, ojciec, zastępstwo, przysięga, samosiód, współprzysiężnik, kara śmierci, kara ucięcia ręki, przestępstwo, sąd]

[24] De precio famuli. xli

[F]amulus potest mercedem suam, quam promeruerit, quinque solidos probare tacto sacramento, ita tamen si dominus voluerit consentire. Si autem dominus vellet

probare tacto sacramento mettercius, quod sibi persolvit, extunc propius est evadere, quam famulus obtinere. Si autem famulus obtinuerit super suum dominum coram iudicio, pro eo dominus inde iudici nullam penam demeretur, dominus famulo eandem mercedem eadem die solvere tenetur. <XXXIX^a> Si alter alterum pro vino aut alio potu inculpare voluerit, evadet ut aliud debitum, in quo nullum dominium ostendere poterit aut protestare.

^a na marginesie

[hasła: przysięga, współprzysiężnik, sąd, sługa, pan, uwolnienie od skargi, samotrzcę]

[25] De hereditate aut dono, quod datur viro aut femine coram iudicio. Capitulum vicessimum

<XL^a> [D]onum, quod datur viro vel femine datum fuerit coram iudicio bannito, in eo mulier cum sua parte sive [/] dono pro suo arbitrio facere potest absque omni contradiccione quitquit placet. Idem potest vir cum parte sui doni modo simili, quam ipse suscepit. <xli^a> Si moritur femina absque herede, ita tamen quod nullum heredem a suo marito peperit, ipsa hereditat sua bona successoria, seu sua prospera fortuna acquisita super suum proximum, sive sit masculus, qui sibi sit paris conditionis. Idem faciet vir illi, qui sibi sit paris conditionis. Insuper omne aurum et argentum non informatum [s], et omnis siligo et carnes cum cervisia et vino, et panis, que vel quot aut quantum post tricesimum annum permansit, vel permanserunt, totum cedit heredibus viri et non mulieribus, <xlii^a> exceptis pulmentariis, quibus mulier recipit mediam partem et heredes viri reliquam mediam partem tollunt.

^a na marginesie

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]

[26] De hiis, que pertinent ad hereditatem. Capitulum xxvi

[I]sta pertinent ad hereditatem: omne aurum et argentum non fortunatum, omnia vasa argentea, et tela, que non incisa aut formata ad muliebria vestimenta, et [k. 51] {et} sartagine, que a loco non moventur, et dolea, et vasa distillatoria, et omnia caldaria, excepto caldari, in quo liquescit cera, quod spectat ad suppellectile. Omne proprium, quod locando possessum est, et omnia arma et omnes gladii, et eciam omnes olle, et cinguli, bracles, et annuli viri, hec predicta spectant ad hereditatem. Mense et lavatoria, omnes ciste planis cooperimentis, et sedilia spectant ad hereditatem, pelves cuprive [s], et ciste, ciste annonarum, que in curiis sive in domibus, eciam spectant ad hereditatem. Et omnes porci impinguati spectant ad pulmentaria. Ubi pulmentaria dantur et omnis expensa domestica, que in potestate viri est, et omnes cuppe, pulmentarie recipit mariti uxor, et non sua agnata proxima.

[hasła: dziedzictwo, spadek, gerada, część obowiązkowa, okrasa, srebro, złoto]

[27] De viro, qui alterum vulnerat vitam suam defendendo et eciam solus fuerit vulneratus. Capitulum XXvii

<xliiii^a> Vulnerat unus vir alterum vitam suam defendendo supra viam publicam, quod ille ipsum percussit aut vulnerat, et si clam[ore] proclamave[rit], et invasor comparet violenter, seu propterve, et conqueritur iudici, et ille non potest, nec audet, pro imbecillitate sui corporis tunc comparare, et inposterum eodem die compareat et conqueratur iudici sua vulnera, et protestatur per hos, qui suum clamorem audierunt, quod initium sui adversarii fuerit et non suum, et quod ipse se de se defenderit et in deffensione vite sue, hoc fecit, et ipse acquirit querimoniam primam. Sed si pernoctaverit, extunc h[oc] fieri non potest.

^a *na marginesie*

[hasła: zranienie, zwłoka, obrona konieczna, droga publiczna, sędzia, skarga, uszkodzenie ciała, ławnik, świadek, obwołanie]

[28] De duobus, qui de stirpe Sclavica se mutuo vulnera[n]t. Capitulum XXVIII

[Q]uod si duo se vulnerant mutuo in iure municipali, <xlv^a> qui ambo processerunt ex stirpe Sclavonica et tamen Sclavi non sunt, compareat et conqueratur in Sclavonico ydiomathe^b, alterum non oportet sibi respondere, si placet, nisi conqueratur in eo ydiomathe^b, quod sibi sibi innatum est per ius municipale.

^a *na marginesie*; ^b *ydyomathe*

[hasła: zranienie wzajemne, język słowiański, skarga, odpowiedź na skargę, prawo miejskie]

[29] De causa, de qua promittitur coram iudicio determinari. [k. 51v] Capitulum XXXiX

Quod si duo virorum querimonie <xlvi^a> dilatate fuerunt in iudicio bannito coram iudice, de voluntate iudicis et consensu, et precium arbitrium utrum, quid inter ipsos concordia extra iudicium debeat terminari, nec ultra causam peragendam, et se arbitrari ab electi intromittant de causa concordandi, absque iudicio et querimoniam non repetendo cum consensu iudicis. Et si alter ex eis suam querimoniam inposterum vellet renovare pro hac causa coram iudicio, iste suus adversarius sibi respondere non tenebitur coram iudicio, si protestare poterit cum iudice et scabinis, quod causa absque iudicio debeat terminari.

^a *na marginesie*

[hasła: skarga, sąd, ugoda, zgoda sądu, sędzia, ławnik]

[30] De duobus, qui se mutuo vulnerant. Capitulum XXX

<xlviia> Quod si se duo mutuo vulnerant equaliter, ex his unus vadat ad iudicem in domum suam, et querimoniam faciat, et alter veniat ad quatuor bancos et conqueratur cum clamore scabinis et iudicio astantibus, et vulnera ostendat, et [/] mittat pro iudice et conqueratur, ipse primam querimoniam obtinebit, si testes habuerit a scabinis aut astantibus iudicio, quod inter quatuor bancos querimoniam fecerit.

^a *na marginesie*

[hasła: zranienie wzajemne, sędzia, ławnik, rana, skarga]

[31] De duobus, qui se mutuo et equaliter querulantur. Capitulum XXXi

<xlviia> [E]t si duo se vulnerant aut vulneraverunt equaliter et querulantur equaliter, quicumque ex eis in alterum duellum adquisierit, tunc eius adversarius manum demeretur. Ita tamen, si vulnus monomachale fuerit. Et si alter ex eis, antequam duellum acquisitum fuerit, moritur, adversarius collum demeretur.

^a *na marginesie*

[hasła: zranienie wzajemne, pojedynek sądowy, kara ucięcia ręki, rana godna pojedyńku, kara śmierci]

[32] De viro, qui alterum vulnerat, et si ad iudicium in facto manifesto deductus fuerit. Capitulum XXXii

<xlixa> [S]i aliquis detinet hunc, qui ipsum vulneravit in facto recenti, ipsum cum clamore ad iudicium deducit, quot si querulatur cum prolocutore: „Domine iudex, ego cum querela propono super istum virum, quod ipse venit inter municipalia vel in strata regia, et in me pacem violavit, et me spoliavit [k. 52] in meo corpore et in meis rebus bonis, et me vulneravit, dum pacem in me confregit. Tunc vidi ego ipsum propria in persona et proclamavi ipsum cum clamore, et ipsum captivum huc ad iudicium deduxi, et volo ipsum vincere per eos, qui clamorem meum audierunt, et cum meo testimonio vero, ut ius michi diffinierit. Et in sententia requiro, quomodo hoc probare debeam, ita ut michi proficiat in iure meo”. Extunc satisfacionem adversarius rectam petat pro hac querimonia, et dicat se de facto innocentem. Ille, qui ipsum manifesto ditinuerit, facilius eum vincere potest cum testimonio, quam ipse captivus cum testimonio evadere possit. Si, ut iuris est, probavit testimonio, ille solvat collum, si est homicidium, vel ad manum, si vulnus monomachale fuerit, cum ad iudicium ipsum

manifesto facto deduxerit. Protestare potest quivis vir alteri astare, qui in suo iure non possit argui, excepto patre et matre, et filio necnon mercenario.

^a *na marginesie*

[hasła: zranienie, skarga, gorący uczynek, pełnomocnik, droga królewska, sąd, gwar, zabezpieczenie, niewinność, zabójstwo, kara śmierci, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, świadek, ojciec, syn, brat, najemnik]

[33] De duobus, qui se mutuo vulnerant: unus cuttello et alter gladio. Capitulum XXXiii

<Li^a> Quod si duo mutuo se vulnerant: unus cutello et alter gladio, et si vulnera utriusque fuerint, [/] monomachalia, illi cum gladio solvit manum, {illi cum gladio solvit} illi cum cutello solvit collum, quia cutellus furtivam infert mortem.

^a *na marginesie*

[hasła: zranienie wzajemne, nóż, miecz, rana godna pojedynku, kara ucięcia ręki, kara śmierci]

[34] De vulneribus, que pernoctaverint, de quis eodem die sit querimonia. Capitulum XXXiiii

<Lii^a> Si alter alterum vulnerat et causa sua pernoctaverit sibi debet indici in iudicium proximum. Et vulneratus fuerit et vulnus monomochale non fuerit, et si comparuerit et conquestus fuerit, [^b] sibi indici debet ad iudicium proximum. Si autem vulnus monomachale fuerit, tunc continuo iudicis sibi formari debet pro facto manifesto.

^a *na marginesie*; ^b *zmiana inkaustu*

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, rana godna pojedynku, sąd, sędzia]

[35] De duobus, qui se vulnerant et ambo coram iudicio comparent. Capitulum XXXV

<Liii^a> [S]i duo se vulnerant et ambo coram iudicio comparent et querimoniam proponunt, qui primam querimoniam precellentem protestare poterit, apud suum adversarium duellum acqui/[k. 52v]rit, super iusto modo salutavit, et si vulnus monomachale fuerit. Sin autem duellum ad diem dilatum <Liiii^a> fuerit, et si alter pugillem convenerit super alterum, et protestare poterit, quod pugil sit mercenarius, extunc sibi iure a duello cedere potest.

^a *na marginesie*

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, pojedynek sądowy, rana godna pojedynku, odroczenie, pięściarz, zastępca, najemnik]

[36] De viro, qui alterum vulnerat et ipsis pax inde fuerat. Capitulum XXXvi

<Lv^a> [S]i vulnerat vir alterum, et si cautionem fideiussorie fecerit usque ad iudicium, et si iudex ipsis pacem induxerit, et ipsum postea occiderit, et si fideiussores possuerint [s] causa pro eadem, ipse tamen propius evadere metseptimus de homicidio, quam ipsum aliquis protestare posset. Si autem coram iudicio comparuerit, et si in iudicio manu pax promissa fuerit coram iudice et scabinis pro primo vulnere, et si ipsum postea occiderit, hoc melius potest super ipsum protestare, quam ipse evadere posset.

^a na marginesie

[hasła: zranienie, poręczenie, sąd wyłożony, sędzia, pokój, uwolnienie od skargi, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, zabójstwo, ławnik]

[37] De duobus, qui se mutuo vulneraverint et ambo querulan[/l]tur, et querimonia usque ad iudicium disposita fuerit. Capitulum XXXvii

<Lvii^a> [S]i se duo vulneraverint pariter mutuo et ambo coram iudicio comparent et querulose proponant, si autem querimonia usque ad iudicium dilata fuerit, qui primo querulatus fuerit, moriatur ab hiis vulneribus, mortuus ad iudicium portetur, et alter vulneratus eciam comparuit, et unus, de mortui, agnatus loquatur super vulneratum testimonio, quod ipse suum afinem occiderit, et pro eo petat iudicium. Extunc ille petat satisfacionem de iure et ostendat inocenciam cum suo testimonio evadendo testimonium vel homicidium. Si hoc, ut iuris est, protestaverit, propius est evadere, quam ille super eum protestare poterit, quia ambo coram iudicio querimoniam inceperunt. Sed sub testimonio sic debet procedere, quod initium contencionis illius fuerit, et non suum. Et quos testes incontinenti habere non poterit, terminum per sex ebdomadas acquirit, tunc facilius potest evadere homicidium metseptimus, quam ille cum testimonio ipsum vincere possit. Si autem ille ipsum monomachaliter alloquitur, extunc [k. 53] ipsum pro suo collo pugnare oportebit.

^a na marginesie

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, odroczenie, krewny po mieczu, poręczenie, gwar, zabezpieczenie, termin, bliższość do dowodu, niewinność, zabójstwo, uwolnienie od skargi, pojedynek sądowy]

[38] De eo, quod in equo, cum venditur, promitti debeat. Capitulum XXXviii

<Lviii^a> [Q]ui equum vendiderit promittere debet in eo equo, quod stabilis non fuerit, ita quod a loco discedere tempore se ostendendo noluerit, et videre apparens [quod non] sit cecus, eciam a iusta arestacione.

^a *na marginesie*

[hasła: sprzedaż, koń, ewikcja, odpowiedzialność, wada faktyczna, wada prawna]

[39] De fure, qui in die tres solidos subtraxerit. Capitulum XXXIX

<Lix^a> [S]i fur clara luce diei^b deprehensus fuerit, qui bone fame sit, et furtum minus [quam] tres solidos valeat, cuttem vel crinne demerentur. Sed si furtum ultra tres solidos valeat, reus patibulo. De hiis denariis tres solidi medium fertonem debent ponderare. Si autem fur tempestate noctis deprehensus fuerit cum sex denariis, reus est patibulo sive suspendio.

^a *na marginesie*; ^b dieÿ

[hasła: kradzież w dzień, kradzież w nocy, dobra sława, kara na skórze i włosach, kara śmierci, powieszenie]

[40] De viro, qui super alium querimoniam fecerit pro bonis, que sibi dicit esse innata. Capitulum XL

<Lx^a> [C]onqueritur vir super alterum pro bonis, que vera [/] sua hereditas sit, et quod ille teneat cum iniuria, et sua vera sit successio a patre suo, agnato, aut a suo predecessore, et ille si comparet super quem querela proposita fuerit, et dicit se habere bonorum deffensionem, et bona possiderit pacifice et quiete, anno et die, contradiccione qualibet et non obstante et est iuste ac rite meum predium censuale, ipsum oportet suum deffensorem nominare, et ad dies statuere, si potest, et cum defendente seu defensore conservat sua bona in eo, si defensio fuerit, ut iuris est, ad defensorem. Sin autem sibi defactus [s] fuerit in defensore, actor conservat suam legalem proprietatem, in bonis eisdem, quia quivis homo conservat suam innatam hereditatem, aut hereditatem obligatam, aut datam proprietatem, aut predium censuale, cum impossibile, si aliquem de naturali porcione defraudari.

^a *na marginesie*

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]

[41] De hereditariis censualibus bonis a claustro aut ab alio domino datis. Capitulum XLi

[k. 53v] [C]onqueritur vir super alterum, qui homo habuerit hereditaria censualia et bona a quodam domino vel ab aliquo abbate, et si dominus aut abbas non fatetur, aut conventus, hic vir potest metseptimus protestare suorum coheredum, quilibet iurabit singulariter, quod iustum successorium suum sit predium censuale. Et si dominus seu abbas hiis septem de ipsorum bonis negaverit aut fateri noluerit, extunc quivis ipsorum metseptimus suorum coheredum sua obtinebit.

[hasła: dziedzictwo, własność, dobra czynszowe, klasztor, pan feudalny, opat, samosiód, przysięga, współprzysiężnik]

[42] De testimonio pro persolutis debitis super proprium metseptimus aut mettercius. Capitulum XLii

<Lxii^a> [S]i vir debet testimonium producere super proprium alterius metseptimus, aut mettercius, hoc facere debet vel oportet cum possessis hominibus, qui in suo iure argui non possunt, et qui iudicio astare solent, et domicilia habentibus in iudicio supradicto. Sin autem vir debet persoluta debita protestare super proprietatem [/] alterius, hoc iterum debent esse possessi homines domicilia habentes, si hoc in iudicio non viderunt, nec in iudicio fuerit confirmatum.

^a na marginesie

[hasła: własność, samosiód, przysięga, samotrzeć, posesjonaci, współprzysiężnik, domicyl, okręg sądowy, dług zapłacony]

[43] De testimionio pro debito persoluto. Capitulum XLiii

[S]i aliquis debet persoluta debita probare, hoc facere debet cum talibus hominibus, qui in suo iure non possunt argui.

[hasła: dług zapłacony, współprzysiężnik, przysięga]

[44] De viro habente filium, et [qui] viduam ducit habentem pueros. Capitulum XLiiii

<Lxiii^a> [S]i vir ducit viduam, qui [/s] unum filium habeat aut plures pueros habet et ipse eciam similiter, que nulla bona habuerit nec ipse, et si fortuna arridente per suos labores bona habuerit et proprietatem sive hereditatem emerint, aut supra bona mobilia, que mercimonia posuerint, et inposterum vir moritur et uxor, extunc filius viri propinquior est hereditatem recipere, quam filii seu pueri femine, aut pueri sororis sive vel nepotes seu nepte ex filia. Ita tamen, si filius patri sit paris condicionis. Proxima cognata uxoris recipit suppellectilia etc.

^a na marginesie

[hasła: wdowa, syn, dobra, własność, dziedzictwo, ruchomość, towar, żona, spadek, zasady dziedziczenia, reguła, siostra, wnuk, wnuczka, równy stanem, krewna, gerada]

[45] [k. 54] Iura raro fallunt. De viro, qui bona sua in iudicio bannito uxori sue ac pueris suis. Capitulum xlv

<Lxiii^a> [S]i vir dederit pueris suis aliqua bona sua, et sue uxori, in iudicio bannito circum [s] vitam suam, et bone rationis, et si sibi pueri paris condicionis fuerint, et si desuper pax firmata fuerit, in posterum alteri in eisdem bonis aliquod dederit aut heres fuerit, aut ille, cui prima donacio sit data, bene contradicere potest de iure. Ita tamen, si testimonium iudicis desuper habuerit et scabinorum, quando sibi primum donum donatum sit absque contradictione illius, qui ad hoc successor fuerit infra annum et diem. Extunc contradicere non potest, si illi desuper testes habuerint.

^a na marginesie

[hasła: dobra, transakcja, sąd wyłożony, dożywocie, równy stanem, pokój, roszczenie, sędzia, ławnik, darowizna, sprzeciw, spadkobierca, rok i dzień, prawo]

[46] De hereditariis censualibus bonis et edificiis super censualia bona donata uxori coram iudicio. Capitulum XLvi

[S]i vir sue uxori edificia dederit, que super bona censualia edifi/[c]ata sunt, coram domino proprietatis, et coram suis vicinis, tempore sue vite, et inducit eam in possessionem, et si discedit ab hac luce sine prole, si heres suus super bona sua eadem voluerit loqui post mortem viri, nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestaverit, quod sibi dotum [s] fuerit. Sin autem apparatus et edificia viri proprium fuerit, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus dare potest, nisi in iudicio bannito, vel coram iudice et scabinis, nisi suus heres contradicat. Sin autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc uxori dare absque heredum consensus, vel absque domini proprietatis consensus, in cuius bonis sunt. <Lvi^a> Si vir mercimonia aut alia bona habuerit mobilia, et cum bonis emerit eisdem sunt censariis paterna successione, hoc sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Sin autem vir habuerit bona mobilia aut marcimonia [s], que sibi propriis laboribus aut prospera fortuna accreuerunt, que potest in valitudine [k. 54v] vite sue cuicunque placet dare sine contradictione de iure, liberti in emendis sive obnoxii, et in successione in bonis naturalibus.

^a na marginesie

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]

[47] De iure liberti [s] in emendis. Capitulum XLvii

<Lxvii^a> Ubi^b alicuius monasterii obnoxius suam penam demeretur, hoc sunt triginta solidi, obnoxius bene potest sua bona resignare et iterum suscipere et dare cui placet, contradiccione qualibet non obstante, que propriis laboribus acquisivit. Ubi obnoxius suo domino suum censum subtrahit, pro eo tria talenta demeretur. Quitquid obnoxius criminalis cause comiserit, pro eo nullius querat iudicium nisi domini advocati. Quando obnoxius moritur, extunc suo domino aut suo advocato oportet dare denarios obnoxietarum [s] et meliorem equm, quem habet. Idem oportet facere sacerdotem sui archipresbitero, dum moritur, tunc sibi oportet dare equm meliorem.

^a na marginesie; ^b inicjał wielkości dwóch wersów

[hasła: mnich, zakonnik, klasztor, sprzeciw, przestępstwo, sąd, wójt, arcybiskup, koń]

[48] De viro, qui absque herede moritur et neptem ex filia habuerit. Capitulum xlviiii

[/] [S]i moritur vir absque herede et neptem ex filia habuerit, que exhereditate fuerit circa suam vitam, idem nepos maiori iure recipit bona avi mortui, quam iudicium, qui sibi paris condicionis.

[hasła: dziadek, córka, syn, spadkobierca, spadek, herget]

[49] De eo, qui vir manum suam abtestari voluerit pro falso. Capitulum xLix

<Lxix^a> Si unus alteri manum suam abtestare voluerit falso, hoc oportet, quod faciat mettercius cum talibus hominibus, qui in suo iure argui non possunt. Sin autem facere pro vulnere in facto manifesto, oportet quod faceret metseptimus, per iusticiam peragas, ita tamen, si factum manifestum cum malefactore ad iudicium ductum fuerit.

^a na marginesie

[hasła: samotrzeć, kłamstwo, fałszywe zeznanie, rana, gorący uczynek, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, pokój]

[50] De eo, qui moritur vir, qui pueros habuerit. Capitulum L

<Lxx^a> Dum moritur vir, qui pueros habuerit, qui ad annos discrecionis non dum pervenerunt, proximus agnatus debet ipsorum esse tutor, quousque ad annos pubertatis pervenerint. Et si idem nondum ad [h]uc annos pubertatis attingerit, suus esse debet quousque ipse ad [k. 55] annos pubertatis pervenerit discrecionis, et rationem de anno ad annum de bonis pupillorum facere debet vel tenetur.

^a *na marginesie*

[hasła: ojciec, dziecko, krewny po mieczu, opiekun, lata sprawne, dojrzały, sprawozdanie, rachunek]

[51] De omni querimonia et testimonio. Capitulum Li

<Lxxi^a> Omnis querimonia et omnia testimonia, quecumque cum clamore et violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum oportet metseptimum [s] protestare circa ius paucis [s], exceptis vulneribus, que monomachales non sunt. Manifestum factum ibi dicitur esse, ubi vir captivatur cum furto aut spolio, deprehensus ducitur ad iudicium cum clamore. Insuper etiam manifestum factum ibi esse dicitur, ubi viro cutellus aut gladius in sua manu deprehensa fuerit, cum qua pacem infringi[t], aut si in fuga facti deprehensus fuerit, et captivus cum clamore ad iudicium ductus fuerit. Hunc actor metseptimus vincere debet circa ius paucis [s]. Et si factum manifestum cum viro ad iudicium ductum fuerit, stuprum et obsidium, et irruenciam domicilii, homicidium, furtum, spolium, probat homo metseptimus. Si vir de [l] istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedere: <Lxxiii^a> “Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod hic homo iste venit intra municipalia, et in me pacem violavit, et me stupravit corpore, rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per eos, qui meum clamorem audierunt, et ostendere^b volo factum, et demere teneor aut debeo, et requiro in sententia diffinita, quomodo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat et in iure meo”. Extunc ille petat satisfacionem, si vult, quam sibi facere debeat seu oportet, et dicat se de facto esse innocentem. Tunc mulieris interroget in diffinitam sententiam, si mulier violenciam melius poterit protestare cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille possit evadere, cum ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur iure, quod possit ipsum possibilis vincere cum hiis, qui clamorem suum audierint, quam evadere possit. Et si hoc probaverit, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam [k. 55v] dominus iudicatur.

^a *na marginesie*; ^b *w rkp. osstendere*

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]

[52] De querimonia. Capitulum Lii

<Lxxiiii^a> Si stat Conradus et conqueritur super Henricum Deo et vobis, domino nostro, regi aut iudici, aut vobis, domine iudex ac toti universitati divitibus ac pauperibus, quod ipse municipale venit ad locum talem, ubi Conradus pace et quiete persuadi debuerat et sibi obsidium fecit in strata regia, et regia pauce [s], et in eo municipale infregit ac ipsum vulneravit ac destruxit ac spoliavit in corpore et in rebus, et in eo talem strepitum perfecit, quem bene probare potest, cum ipse in eo pacem

et strepitum in eo comisit, tunc propria in persona vidit ipsum et in persona propria ipsum proclamavit clamore. Si hoc fatetur, sin autem negabit, ipse eum vincere intendit per hos, qui suum clamorem audierunt ac suo testimonio. Et sicut ipsum in facto manifesto deduxerit ad iudicium, in sententia requirit, quomodo ipsum vincere debeat, ut sibi proficuum sit in suo iure.

^a *na marginesie*

[hasła: skarga, król, książę, sędzia, miasto, zasadzka, droga królewska, zranienie, pokój, gorący uczynek, sąd, wyrok, prawo]

[53] De eo, qui vir vulneratus ad iudicium cum clamore ductus [/] fuerit. Capitulum Liii^a

<Lxxv^a> Si vulneratus vir cum clamore ad iudicium decuctus sit facto manifesto, et ita imbecilis aut debilis fuerit, per tutorem ipsum querulare oportet et prolocutorem per sententiam petat, extunc tali modo sua procedit querimonia: „Domine iudex, si me huic vulnerato dedistis pro advocatione, extunc in sententia requiro, si per iusticia[m] insidias per aliquem pati debeam aut sustine[re], cum suam causam propter iuris exigenciam teneo”. Extunc sibi finitur, quod non. Extunc sibi petat correctionem. Cum obtinuerit correccionem, tunc petat colloquium cum habuerit, tunc requirat, qualiter suam causam inchoare debeat, et per sententiam diffinitivam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur cum clamore. Tunc interroget sentencialiter, si requiri debeat de ore suo ad os, a quo suam habebat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emittuntur duo scabini et cum ipsis preco, aut duo viri, qui iudicio astare consueverunt, qui ipso solo audiant, a quo sua recip[er]it vel habuerit damna, aut quis in eo paucis [s] federa confregerit. Extunc requiritur sentencialiter et requiri debeant circa iuramentum prestitum aut ius civitatis, [k. 56] quid ab eo audierunt. Audita responsiva, tunc in sententia requeratur, si iam perfecit, cum sibi diffinitur, quod sic, et etiam secundus, tercius interrogetur. Extunc sibi diffinitur, quod perfecit. Extunc querelam incipiat: „Domine iudex, placeat attente audire”. Tunc hic conqueritur super virum^b ·N· et super ·A·, quod ipsi venerunt intra municipale, et in eo pacem infregerunt, et ipsum vulneraverunt aut suum afinem proximum trucidaverunt, si homicidium fuerit, et ipsum spoliaverunt corpore et rebus, et pro eo iudicium petit. Extunc illi ter vocantur, quando vocati per clamorem ter fuerint, tunc conqueratur ulterius et nominat malefactores, ut prius querulatum fuerit. Idem faciet tercia vice. Extunc indicie indicantur per noctem. Si tunc non comparent, describuntur. Sin autem comparent, duellum in eis acquiri potest.

^a *na marginesie*; ^b *alternatywny odczyt unum*

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie, noc, pojedynek sądowy]

[54] De eo, quando vir aut spoliatores protestare voluerit. Capitulum Liii

<Lxxvi ^a> Quando vir furem aut spoliatorem protestare voluerit, qui cum manifesto facto ad iudicium cum clamore deductus fuerit, qui conqueritur sic: „Domine iudex, [/] conqueror Deo et vobis super meum furem, quem cum apprehendi in furto captivavi et ligatum ad iudicium usque perduxī, quod venit inter meos quatuor angulos et subtraxit michi mea bona, super quo bonum habeo testimonium cum his, qui meum clamorem audierunt, et ipsum volo iure meo ac meo testimonio, ut michi ius dictaverit. Et requiro, quomodo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in meo iure”. Et sic diffinitur metseptimus, si furtum presens fuerit. Idem $\vdash$ much ^b $\dashv$ iudicium fiat pro spolio et super raptorem.

^a na marginesie; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: kradzież, złodziej, gorący uczynek, sąd, skarga, sędzia, dobra, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]

[55] De eo, ubi vir alterius verbum loqui debeat. Capitulum Lv

<Lxxvii^a> Ubi vir aterius verbum loqui debet, ad quod sentenciis scabinorum vel iure compellitur in facto manifesto, dicat sic: „Domine iudex me dedistis illi homini prolocutorem, extunc requiro in sententia, si ab aliquo pro eo [in]imicitias aut timorem habere debeam, quod verbum suum pro iuris loquor exigenciam, quanto melius possum aut valeo”. Quando hoc sibi diffinitum fuerit, [k. 56v] sibi diffiniat correctionem, quod si ipsum in aliquo neglexerit, quod se corrigere poterit mecum aut per me aut per alterum advocatum fuerit, petit colloquium, si vult, et requirat in sententia, quando querela[m] inchoare debeat, ut sibi proficiat in suo iure. Cum hoc sibi diffinitum fuerit, tunc in sententia interroget, si lesus interrogari debeat, qui in eo pacem infregerit, et si ita fuerit debilis, quod suum malefactorem nominare non possit. Cum igitur hoc diffinitum fuerit et ipsum iudex aut duo scabini aut duo viri, qui iudicio astare solent, viderint, requirat in sententia, si ipsi causa iusticie debeant circa iuramenta ipsorum et ius civitatis, quod notorium ipsis de hoc facto sit. Cum hoc sibi diffinitur ab uno ad secundum et tertium, extunc requirat [s] in sententia, si iam profecerit. Cum sibi hoc diffinitum fuerit et paucis [s] violatur [s] citatus per clamorem fuerit, ut iuris est, tunc dicat: „Domine iudex, placeat audire verbum suum”. Tunc conqueritur vobis super hunc ·N·, quod ipsum in strata [/] libera infestavit ac intra municipalia in eo pacem infregit, ac ipsum vulneravit et violenciam in eo peregit, quam probando ostendere potest, et ipsum depredavit corpore et rebus, et tamen recepit sibi, quod non minus valeat, nisi bene duellum mereatur. Et super eo a vobis iustum petit iudicium. Extunc pacis violator proclamatur primo et secundo et tercio, per nomen suum, ·N·, et iterum suam querimoniam renovat in hunc modum: „Vobis conqueritur super virum^b ·N·, quod ipse venit intra municipale in strata regia, in eo Dei pacem infringendo”, et ipsum rebus et corpore sanitatis depredavit ac ipsum vulneravit et in eo strepitum fecit, quam apparenter potest demonstrare, et pro eo petit iudicium, et sic tercia vice faciat. Tunc ostendat vulnus et interroget in sententia

diffinita, si suum paucis [s] violatorem in aliquo loco invenit, si ipsum licite arestare possit ex parte iudicii. Cum igitur diffinitum fuerit, tunc petat pacem, que sibi indici debet.

^a na marginesie; ^b alternatywny odczyt unum

[hasła: sędzia, pełnomocnik, wyrok, niepełnosprawny, ławnik, przysięga, prawo, skarga, zranienie, przestępstwo, droga królewska, rana, okazanie ran, pokój, posiedzenie]

[56] De iure monomachali [k. 57] incitacione et iure duelli et testimonio monomochali.
Capitulum Lvi

<Lxxviii^a> Si monomochaliter suum equalem salutare seu alloqui voluerit, hunc iudicem petere oportebit, ut se intermittere possit uno de paucis [s] violatore, quem videat in presenti. Cum hoc sibi per sentenciam diffinitum fuerit, tunc etiam in sententia requirat, per quem modum de ipso intromittere debeat, ut sibi in suo iure proficere possit. Tunc sibi de iure diffinitur, per horam vestimenti. Et cum se de ipso intromittat, pronunciat sibi causam, pro qua se de ipso intromiserit, quod statim facere potest, si vult, aut pro eo habere colloquium. Tunc ipsum inculpare oportebit, quod pacem in eo infregerit aut in strata regia, aut in villa, qualiter infregit, eodem queruletur super eum. Tunc ipsum iterum inculpet, quod ipsum damnavit et eam vim in eo fecerit, quam bene in eo probare poterit. Tunc vulnus ac cicatrices demonstret, si vulnus sanatum fuerit. Tunc ulterius conqueratur, de quocunque horum trium de uno [/] obliviscatur aut corrui, extunc suum duellum amisit. Tunc loquatur ulterius: tunc ipsum solum, hoc est propria in persona, ipsum solum vidi, hoc est persona propria, ipsum clamore proclamavi. Si fateri voluerit, et si non fatebitur, ipsum omni iure vincere volo, ut michi vulgus iudicaverit, aut scabini, si sub banno regio fuerit. Extunc ille petat satisfacionem, quam sibi facere debet. Tamen vir potest suam querimoniam meliorare ante satisfacionem, si voluerit. Facta satisfacione ille exhibeat suam innocenciam, hoc est iuramentum, quod ipsum iurare oportet, et iuramentum monomachale, ipsum incitaverit et si ibi fuerit, hoc est perficere si poterit pre inbecillitatem sui corporis. Quis vir potest se a duello excusare illi viro, qui sibi paris condicionis non fuerit. Ille autem, nobilioris nature fuerit, si ipsum alloquetur. A duello etiam potest, qui post meridiem allocutus fuerit, nisi ante meridiem fuerit inchoatum, iudex etiam debet habere clipeum et gladium illi, super quem allocutus fuerit. A duello [k. 57v] excusare illi viro, qui sibi paris condicionis non fuerit. Ille autem nobilioris nature fuerit, ille preesse non potest [illi], qui deterioris nature fuerit, si ipsum alloquetur. {A duello etiam potest, qui post meridiem allocutus fuerit, nisi ante meridiem fuerit inchoatum, iudex etiam debet habere clipeum et gladium illi, super quem allocutus fuerit.} A duello etiam potest excipere suos afines, si uterque suus afinis et ita consanguineitatis linea coniuncti fuerint, quod simul pugnare non poterint. Iudex etiam duos nuntios dare debet cuilibet hiis, qui pugnare debent, qui videant, ut habeant atinencia secundum consuetudinem veram. Coreum et linea indumenta induere possunt, quantum placet. Caput et pedes ante ea nudi sint,

in manibus cirotecas habeant, unum gladium in manu et alio cinctus, aut duobus hac arbitrio eorum admittitur, et unum clipeum rotundum in manu, ubi non aliud, quam lignum aut correum sit manu tectorium, quod potest esse ferreum, unam tunicam absque manicis super preparamen[um]ta. Eciam iudex debet indicare paucem [s] circa collum, quod nemo eos impediat circa duellum. Quilibet ipsorum iudex unum virum habeat, qui falangam ferat, qui ipsos in nichilo impedire, nisi si unus ceciderit, quod falangam interponat, si vulnus fuerit. Aut si falangam desiderat, hoc idem facere debet, nisi voluntas iudicis fuerit, non potest. Postquam circulo pax indicta fuerit, ambo debent circulum affectare, quem iudex licenciare debet. Finalia ferrimenta de vagenis [s] gladiatorum deponere debent, nisi a iudice licenciam habuerint. Ambo ornati ire debent ante iudicem, et ambo iurare debent: unus, scilicet actor, quod causa sit vera, pro qua super ipsum querelam fecerit, et respondens, quod sit innocens. Sic ipsis Deus adiuvat et suum duellum. Soli eciam dividi debet per medium quando primo conveniunt. Si vincetur ille super quem conqueritur, tunc iudicetur sententia capitali. Si autem vincerit, dimittitur cum pena et emenda. Actor primo circulum intrabit. Iudex debet ipsum preconem vocare in illa domo, ubi preparaverit, et duos scabinos cum ipso mittere debet. Sic cittari debent primo, [k. 58] secundo et tercio, et si ad terciam cittacionem non venerit, tunc querulatur [s] surgat et se ad duellum exhibeat. Et statim percuciet duas ictus et semel fingat contra ventum, cum eo ipse suum adversarium devicit tali causa sive querela, pro quo ipsum fuerat allocutus. Et iudex iudicare debet, sicut per duellum fuisset convictus, sic mortuus debet convinci, si in furto aut in rapina, aut in simili crimine occisus fuerit. Si autem mortuus cum septem testibus poterit protestari, extunc duellum se non indiget exhibere contra ipsum. Sin autem alter ipsum alter agnatus mortui, quiscunque loco ipsius fuerit per duellum se extinguet omne testimonium, quia tunc ipsum absque duello vincere non potest, ut superius est expressum. Si vincetur eciam et ille, qui ad duellum captivatus aut salutatus fuerit, aut promittit aut caucionem fideiussorie fecerit comparere et non comparuerit ad instantiam responsivam.

^a na marginesie

[hasła: sędzia, pokój, wyrok, prawo, pojedynek sądowy, skarga, droga królewska, oskarżenie, rana, blizna, dobra, sąd królewski, ławnik, gwar, zabezpieczenie, przysięga, niewinność, niepełnosprawność, równy stanem, szlachcic, tarcza, miecz, krewny, zwyczaj, pięściarz, wola, powód, kradzież, świadek, krewny po mieczu, nawiązka, kara sądowa, mulkta, posiedzenie]

[57] De eo, qui alium aut mortuum aut vulneratum ad iudicium perduxerit. Capitulum Lxii [/]

Quicunque occisum seu vulneratum virum captivum ad iudicium deduxerit et ipsum pacis violatorem accusaverit, per duellum vel absque duello si probaverit secundum iuris exigenciam ipse desuper ipsum, idem iudicium iudicare debet, quod super illum procedere debuerat, ac si iudicio convictus fuerit, et hoc per iusticiam paucis [s]. Si vulneratus hunc alloquitur, quid ipsum vulneravit, per duellum et si debilitate

corporis duellum perficere non possit, et si tutorem non habuerit, qui pro eo pugnare velit, inducie sibi indicari et ordinari debent, quousque suum duellum perficere possit.

[hasła: zabójstwo, zranienie, sąd, pokój, skarga, pojedynek sądowy, prawo, pokój, sprawiedliwość, rana, niepełnosprawność, pojedynek sądowy, opiekun]

[58] De eo, qui vitam aut manum peccunia redimerit. Capitulum Lxiii

<Lxxix^a> Qui vitam aut manum peccunia redimerit, quod iure demeruit, hic suo iure privetur.

^a na marginesie

[hasła: utrata prawa, pieniądze, wykupienie od kary, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[59] Qui eciam fideiusserit unum virum pro scelere ad [k. 58v] {ad} statuendum coram iudicio pro aliquo scelere. Capitulum Lxiiii

<Lxxx^a> Qui eciam fideiusserit unum virum pro scelere ad statuendum ipsum coram iudicio, et ipsum statuere non possit seu poterit, recompensam ipsum solvere oportebit, et sibi in suo iure non obierit illi, qui fuerat fideiussor, et nemo describi debet, nisi culpa ad collum sive ad manum sibi procedat.

^a na marginesie

[hasła: poręczenie, zapłata, wynagrodzenie, prawo, wina, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[60] De suppellectili feminarum et quid ad hoc pertinet. Capitulum Lxv

<Lxxxi^a> Si mulier recipit suppellectilia, ad que spectant oves, ad quod eciam modele [s] et omnia cibaria domestica, de quibus vir indiget ad unius anni revolucionem, que in sua possessione inveniuntur, ad mulierem pertinet medietas. Cum vero uxor sua moritur, proxima sua cognata recipit suppellectilia, que debet ordinare viro suo strata, ut stetit, [l] cum uxor sua vixit, cum cussino, suum sedile cum pulvinari, suum stratum cum lecto, cussinus et tectoria, quod singulis diebus de super iacuit, suam mensam cum mensali et manuterio. Hec nulla recipit pulmentaria.

^a na marginesie

[hasła: gerada, mąż, krewna, część obowiązkowa, okrasa]

[61] De armis bellicis et supellectili feminarum et sacerdotum iure et monomachorum. Capitulum Lxi

<Lxxxii^a> Mulier pro armis bellicis gladium mariti runcinum vel dextrarium melliorem sellatum et meliora arma, que habuerit pro corpore unius viri, cum decessit in sua potencia, deinde dare debet pulvinar bellicale, hoc est lectum et duos cussinos, et duo linthiamina, et unum mensale, et duas pelves, et unum manuterium. Hec sunt universalia arma bellica. Sed tamen aliqui homines diversa apponunt, que tamen ad ea non pertinent, sed quicquid ex hiis nominatis mulier non habuerit et h[o]c, quod debet, compelli non potest, si iuramento probaverit pro qualibet re per se. <Lxiii^a> Si vero ostendere poterit, ibi vir nec mulier per iuramentum evadere possunt. Ubi duo vel tres et una bellica arma [k. 59] nati fuerint, senior recipit gladium pro se et cetera dividunt inter se equaliter. Et ubi pupilli annos pubertatis nondum attingerint, eorum senior agnatus recipit arma bellica solus, et in eis tutor est puerorum quousque ad annos pervenerint discrecionis, extunc ipsis rationem reddere tenetur et super ipsorum omnia bona, nisi rationem fecerit in eis, quo ea ad eorum profectum converterit, aut per spoliū aut per apparens infortunium et absque sua voluntate amisit. Ipse eciam est vidue tutor, quousque maritum ducit, si paris condicionis fuerit. Post arma bellica mulier vite promissionem recepit et alia omnia, que ad suppellectilia pertinent, hoc sunt omnes oves et auce, ciste cum elevatis tecturis, omnia strata pulvinaria, cussina, linthiamina mensalia, pelves, manuteria, lucibula, candalabra, semen lini et omnia muliebra vestimenta, annuli et brachialia et crinalia, et psalteria et omnes libri, in quibus mulieres consueverunt legere, que ad Dei cultum pertinent, sedilia ac scrinia, tapecia, dorsa vel tectoria, balnanina et omnia pepla, et alia ornamenta capitis muliebria, [/] hoc quod femina spectat supellectile. Et ad hunc diversa sunt clenodia, que ad suppellectilia pertinent, singulariter ea non nomine, sicut sunt seticule, pectines, forpices, specula. Sed tela non incisa, nec aurum, nec argentum non textum non pertinet ad feminas. Et quicquid ex tria prenomina rebus inventum fuerit, pertinet ad heredes. Si aliquid ex hiis obligatum fuerit circa vitam viri, qui mortuus est, exemet, si vult, ad quem de iure pertinet. Sacerdos dividit cum fratre, sed non qui est monachus. Si puer in annis pubertatis religionem intraverit, bene potest exire intra ter annos, si vult, et ius servat feodale et terrestre. Sin autem vir, qui est dum annos pubertatis inplevit, religionem intraverit, hic se a iure terrestri ac feodali alienavit, et sua feoda vacant, quia scutum bellicum resignavit. Qui hoc possit protestari per hos, cum quibus similem vitam visus^b est suscepisse.

^a na marginesie; ^b w rkp. vissus

[hasła: hergewet, gerada, kobieta, miecz, koń, mąż, przysięga, pełnoletność, lata sprawne, pupil, dobra, opiekun, wdowa, równy stanem, klejnot, srebro, złoto, zobowiązanie, kapłan, mnich, transakcja, lenno]

[62] De difinicionibus sentenciarum. Lxii

[k. 59v] De qua sententia prius interrogatur, hec prior diffiniri debet. Ambo scilicet actor et super quem conqueritur scilicet respondens est sive rebus, possunt habere colloquium pro qualibet causa tribus vicibus, quousque eos preco revocet.

[hasła: wyrok, skarga, odpowiedź na skargę, pozwany, posiedzenie]

[63] De iudicio et locutione viri. Capitulum Lxiii

In omni loco iuris est, ut iudex iudicet cum sentenciis. Aperte vir non loquatur in iudicio, postquam prolocutorem habuerit, nisi si iudex eum requisierit, si in verbo consenciat sui advocati, bene dicere potest, si autem non sit, aut desuper petere colloquium.

[hasła: sędzia, wyrok, sąd, pełnomocnik, posiedzenie]

[64] De fideiussoria pro bonis. Capitulum Lxiii

Si homo et ubi vir pro pecunia aut debito fuerit fideiussor et moritur vir, sui pueri aut heredes non tenentur solvere. Si vir pro pecunia fideiussor fuerit, fideiussorem pecuniam solvere oportet solum, aut probare, quod pecunia [/] integraliter sit persoluta.

[hasła: pieniądze, dług, ojciec, dziecko, dziedzic, zapłata, poręczyciel, poręczenie]

[65] De viro, qui fustibus aut bacculis percussus fuerit, ita quod verbera inflata fuerint. Capitulum Lxv

Si vir fustibus aut cum bacculis percussus fuerit supra dorsum aut supra ventrem, et v[er]bera fusta seu flavea fuerint et inflata, si desuper pro teste iudicem habere poterit et homines, qui hoc viderunt, ipse duellum propius super eos acquirere potest, quem [/s] ipse evadere posset suo iure. Sin autem super caput aut super brachia percussus fuerit, quod alter non possit, illi homines melius possunt ostendere, quam ipse super eo[s] probare possit suo iure. Sint [/s] autem fatentur, quivis amittit emendam et iudex acquirit suam penam. Sin autem verbera mortalia fuerint, respondere tenentur cum duello, qui pro eo iudicialiter impulsati fuerint. Sin autem mortalitas non fuerit, respondebit unus cum duello et alii respondebunt absque duello, quia ipsi evadunt suo iuramento.

[hasła: pobicie śmiertelne, świadek, sędzia, pojedynek sądowy, bliższosc do dowodu, uwolnienie od skargi, przysięga, nawiązka, kara sądowa, mulkta]

[66] De hereditate [k. 60] pos[t] mortem domino pertinet. Capitulum XCi

<XCi^a> Quod si hereditas mor martiliola [/s] absque heredibus inventa seu reperta fuerit, regie cedat maiestati.

^a *na marginesie*

[hasła: kaduk, król, spadek]

[67] De viro, qui occisus fuerit et pueros tres vel plures habuerit. Capitulum Lxvii

<Xcii^a> Quod si vir, qui pueros habuerit aut tres aut plures, occisus fuerit, et si vir unus iudicialiter pro eo impulsatus fuerit et evaserit, ut ius dictaverit, et sibi si super eam querimoniam vera satisfactio facta fuerit, nec tenetur, nec debet ab aliis pueris in posterum pro eodem homicidio manifestum.

^a *na marginesie*

[hasła: ojciec, dziecko, zabójstwo, prawo, uwolnienie od skargi, skarga, zabezpieczenie, gwar]

[68] De viro, qui alteri coram iudicio debuerit iurare. Capitulum Lxviii

<XCiii^a> Si vir alteri iuraverit coram iudicio digne et sine pena, potest ponere digittos et deponere absque licencia iudicis, quod per hoc non amittit.

^a *na marginesie*

[hasła: kara, przysięga, sąd]

[69] De arestacione [/] equorum. Capitulum Lxix

Si aliquis arestat equum et dicit, quis subtraxerit aut subtractus aut eo sit spoliatus, ad hoc se trahere debet, ut iuris, extunc ille potest ad suum venditorem bene se trahere potest et venditorem nominare debet, super quem se traxerit, iurare debet tacto sacramento, quod ad verum se trahat venditorem. Quocunque sibi nominaverit, ibi ipsum sequi oportet, non autem sequi debet ipsum iurare Acquilonis [ss]. Et si sibi defectus fuerit et neminem pro se habuerit respondentem, utpote venditorem habere non poterit, ut se coram iudicio iactat, extunc sibi cautionem fideiussorie faciet, iudici pro pena et pro expensis, quas suus adversarius expendit, et diem nominare, quando ibidem debeat pervenire. Sin autem dixerit, quod equum in foro comuni et libero emerit, extunc suam pecuniam, quam pro eodem equo dedit, integraliter amittit, et illi suum equum reddere debet, nullam penam in eo amittit etc.

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczenie, pieniądze]

[70] [k. 60v] De pena iudicis et hereditate. Capitulum Lxx

<C^a> Quando iudex suam extorquet penam, ulterius nec aliquam super han[c] penam potest extorquere. Et si vir iudicialiter bona alloquitur, ut iuris est, vel hereditatem, pro eo non indiget dare quidquam, cum ipse sibi ad iusticiam iuvare tenetur. Et si homo suam querelam tenere promiserit, et si hoc per bonum pacis medio tempore informatum seu concordatum fuerit, pro eo non plus amittit, quam iudicis acquirit suam penam.

^a *na marginesie*

[hasła: sędzia, kara sądowa, mulkta, dziedzictwo, prawo, sprawiedliwość, skarga, pokój]

[71] De viro, qui vulneratus aut percussus fuerit et querulare voluerit. Capitulum Lxxi

Si vir vulneratus aut trucidatus fuerit et conqueri voluerit, iudex ipsum conquerere seu conqueri voluerit, iudex ipsum compellere ad aliquam querimoniam potest ultra suam volun[t]atem.

[hasła: zranienie, otrucie, skarga, sędzia, wola]

[72] De bonis illius, qui ad mortem condemnatur.

Et si vir describitur et ad penam mortis iudicatus fuerit, sua bona nullus recipere habet, quam sui viri heredes.

[hasła: kara śmierci, konfiskata dóbr, dziedzic, spadkobierca]

[73] De viro, qui pueros habuerit et moritur, et bona habuerit nulli donata. Capitulum Lxxiii

Quando vir [moritur], qui habet pueros et si bona habuerit nulli donate, sibi succedunt pueri si equales si[b]i natura fuerint. Et si unus puer ex hiis pueris decesserit, mater sibi in sua parte succedat. Et mater cum hiis nichil facere potest absque heredis consensu ac voluntate.

[hasła: ojciec, dziecko, dobra, spadek, równy stanem, matka, wola, zgoda]

[74] De etate puerorum, quando tutores eligere possunt. Capitulum Lxxiiii

Quando puer est duodecim annorum, tunc potest eligere pro [k. 61] sua voluntate quem pro tutore. Et qui suus fuerit tutor, matri rationem facere tenetur, quod cum ipsis bonis factum fuerit.

[hasła: dziecko, opiekun, matka, rachunek, sprawozdanie]

[75] De viro, quando suam hereditatem probare potest. Capitulum Lxxv

Si alloquitur vir aliquem, quod suus sit liber, si potest suam libertatem protestare, propius evader, quam illa [s] ipsum vincere possit. Libertatem suam vir probare potest cum agnatis, si metseptimus esse debet, si sint viri sive femine. ^aNota hoc scire debet, quilibet agnatus quid significat ex parte patris et ex parte gladii. Et ubi scribitur cognatus, ex parte matris significat. ^a

^{a-a} *większe litery*

[hasła: wolność, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, krewny po mieczu, krewny po kądzieli, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, mężczyzna, kobieta]

[76] De peccunia ludo vel taxillis acquisita. Capitulum Lxxiiii [/]

Quando servus domini bona deluserit taxillis, aut obligat aut vendit, dominus bene potest arestare denuo iure, ut se ad ea bona trahat, ut iuris sit. Sin autem propria bona deluserit, aut quocunque modo a se alienaverit sua voluntate, dominus super ea nichil alloqui potest, quia servo solvere tenetur, de domino pro bonis servi non est licitum respondere. Sin autem servo suus equus, vel alia bona furtive, aut spoliando recepta fuerint absque culpa in servicio domini, hoc oportet dominum solvere servo, et pro eo oportet dominum respondere, si super eum queruletur.

[hasła: sługa, pan, gra, przegrana, zapłata, skarga, dług, pieniądze, odpowiedzialność, koń, kradzież, transakcja]

[77] De bonis, que alicui data ad servandum. Capitulum LXXVII

Quicunque alteri dederit sua bona ad servandum, aut in deposito habuerit, seu posuerit, sibi si subtracta fuerunt, aut spoliatus in eis fuerit, aut combusta, vel si mortuum fuerit, [k. 61v] si equus vel peccora fuerint, non debet aliquod damnum pro eo sustinere, si presumit iurare, quod absque sua culpa amissum fuerit. Sed quitquid viro concessum aut obligatum fuerit, hoc in des[tru]ctum reddere tenetur, aut secundum suum valorem solvere. Si autem moritur equus vel peccus infra obligacionem absque illius culpa, cui obligatum fuerit, si hoc probaverit, sacramento et si iuramentum pro eo protestare presum[ps]erit, quod sine sua culpa decesserit, non solvit, sed suam recompensam amittit, in quam sibi fuerat obligatum.

[hasła: dobra, depozyt, kradzież, pożar, koń, bydło, szkoda, przysięga, wina, zobowiązanie, przysięga, zapłata, wynagrodzenie]

Hic deest capitulum

Hic stat Conradus, quod habetur cum ea in nullo sub tituli LXXIII et registro minori sub tituli LIII.

[78] De eo, qui se a descriptione iuramento expurgat. Capitulum Lxxviii

Qui se traxerit a descriptione [/] et solutus [/s], di[iu]dicatus fuerit, iudex in eo optinet penam. Et si sibi iudex fateri voluerit, ipsum bene deponere [potest] per unum, qui eodem interfuit iudicio, quia nec captus iudicio comparuit, nec proclamatus. Sin autem ipsum iudex in posterum obiurare voluerit, ipsum in duello ulterius obiurare potest, quam ad suam penam, si super eo testes habuerit, quod se extra descriptionem obiuravit.

[hasła: kara, sąd, uwolnienie, sędzia, świadek, przysięga]

[79] De viro, super quem querulatum fuerit pro debito. Capitulum Lxxix

Si vir conqueritur super alterum pro suo debito cum testibus, hoc bene potest obtinere cum viris fidedignis, qui in suo iure non possunt reprobari. Ita tamen, si ille dicit se innocentem. Sin autem respondens dixerit se debitum persolvisse, extunc impedit sibi suum testimonium. Hoc bene potest probare cum probis viris mettercius tacto sacramento.

[hasła: skarga, dług, świadek, niewinność, zapłata, przysięga, samosiódm, współprzysiężnik]

[80] De querela, que facta fuerit super aliquem et ipse pacierit satisfacionem. [k. 62] Capitulum Lxxx

Si super virum conquestum fuerit et satisfacionem pecierit, alter sibi eam denegare non potest, qui eam sibi faciat, si ipsum per sententiam ad hoc compulerit. Sin aut[em] satisfacionem fecit sibi, ad suum ius non nocet, nec illi plus lucratum satisfacionem, {fecit sibi, ad suum ius non nocet, nec illi plus lucratum satisfacionem} qui eam petit, nisi quod ipsum in illis amicorum suorum impedire ammodo potest pro hac causa. Satisfacione facta suam querimoniam meliorare non potest.

[hasła: skarga, gwar, zabezpieczenie, wyrok, prawo, krewny]

[81] De facto manifesto, quod ad iudicium deductum fuerit. Capitulum Lxxxi

Omnis querela, que ad iudicium pro capitali crimine in facto manifesto deducta fuerit, debet conqueri cum clamore propter factum manifestum, quod ostendit [/s] potest

et debet. Manifestum ibi factum est, ubi cum furto aut preda captivus ad iudicium cum clamore. Item factum manifestum eciam est, ubi unum cum gladio [/] aut cutello aut alia sicca in manu deprehenderit, cum quo pacem infregerit, aut in fuga facti captivatus fuerit et captivus ad iudicium fuerit cum clamore. Hunc actor metseptimus vincere debet circa ius paucis [s], si factum manifestum cum eo ad iudicium fuerit deductum.

[hasła: skarga, kara śmierci, sąd, gorący uczynek, kradzież, miecz, nóż, sztylet, samosiód, przysięga, współprzysiężnik, prawo, pokój, pozwany]

[82] De iudicio burgravii. Capitulum Lxxxix

In iudicio burgravii Meÿdeburgensis potest vir pro debito querulari super actorem, aut oportet ab uno iudicio burgravii ad aliud iudicium suam sequi querelam, ita quod super suo adversario denunciaret. Sin autem super virum querimonia^a cum testimonio facta fuerit in eodem iudicio pro debito, et si dicit, quod persolvit, hoc probabit per homines fidedignos, quam ille ipsum vincere possit, quod facere potest incontinenti, si vult, aut per sex ebdomadas iudicio sculteti. Si autem vir iuramentum unica manu prestare debet, quod [s] in eodem officio facere oportet.

^a w rkp. *abrewiacja* – querimoniam

[hasła: burgrabia, Magdeburg, dług, powód, sąd, skarga, zapłata, świadek, termin, sołtys, przysięga]

[83] [k. 62v] De iudicio iudicis. Capitulum Lxxxix

Iudex debet iudicium exercere et contemptare cottidie in vero iudicio loco, nisi sit, quod vir absque testibus querulari voluerit, quod statim iudicare debet et potest sine mora. Recompensam et emendam et penam solvere debet ad diem, ut fuerit difinitum, ut tunc pagamentum consuetum fuerit, recompensam et emendam actori et penam iudici.

[hasła: sędzia, sąd, świadek, skarga, zwłoka, zapłata, kara sądowa, mulkta, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie, zwyczaj, powód]

[84] De fiscacione seu publicacione. Capitulum Lxxxix

Si viro sua bona publicata seu fiscata fuerint iure, ille in eo possiderat, qui hoc in fiscacionem deduxit cum fiscacione tribus diebus et tribus noctibus. Insuper in eo debet comedere et bibere cum fiscacione^a, similiter et dormire. Deinde co[/]ram pronunciare coram iudicio tribus vicibus semper ad duas ebdomadas, ad quartum iudicium iudex sibi pacem desuper debet formare, et sibi debet properare, in sentenciis scabinorum vendere. Extunc vendere scitu. Si tunc aliquid ultra suum debitum

superfuerit, cum scitu illi reddere debet, cuius fuerit hereditas. Sed si deficiat, agat ulterius.

^a w rkp. *siscacione*

[hasła: konfiskata, dobra, posiadanie, sąd, krewny, termin, sędzia, pokój, wyrok, ławnik, sprzedaż, dług, dziedzictwo, własność]

[85] De bonorum arestacione seu equorum. Capitulum Lxxxv

Si vir aliqua bona, pannos vel quicquid suarum rerum, quod sibi subtractum vel raptum fuerit, arestaverit, ad hoc se unica manu trahere debet et iurare debet tacto sacramento, quod tunc suum fuit et nunc suum sit, cum sibi subtractum seu raptum fuerit. Sin autem equus [fuerit], quem vir alloquitur, quod sibi subtractus sit aut spoliatus, ad hoc se trahere debet, cum suo dextro pede calcare debet equo super pedem anteriorem, et si sinistra manu equum capere per dextram [s] aurem, et petere [k. 63] reliquias et prolocutorem. Et iurabit equo tacto sacramento super caput, quod tunc suus fuerit et nunc suus sit, cum sibi subtractus aut eo depredatus fuerit. Et tunc ille ad suum trahat venditorem et ipsum iurare oportet super sanctos, quod trahat se cum equo ad verum venditorem, ibi eum sequi oportet, nisi trans Mare Aquilonis. Sin autem dicit, quod equum emerit in foro libero et venditorem habere non possit, tunc equum amittit et argentum pro eo datum, et non amittit penam aliquam.

[hasła: skarga, przysięga, konfiskata, koń, kradzież, sprzedawca, srebro, kara]

[86] Si vir conqueritur pro debito a mortua manu. Capitulum Lxxxvi

Si vir conqueritur super virum pro debito a mortua manu, et ipsum insistere voluerit secundum edictum iuris, hoc facere potest unica manu tacto sacramento, si ille consenserit. Sin autem ille dixerit, super quem querimonia prolata fuerit, quod de debito nesciat vel in eo non sit obligatus, aut persolvit, hoc oportet iuramento probare metseptimus tacto sacramento.

[hasła: skarga, dług, prawo, przysięga, zapłata, zobowiązanie, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik]

[87] De viro, qui probabiliter ac scienter contra alium ad iusticiam [/] se exhibuerit. Capitulum Lxxxvii

Vir cum scitu contra alium ad iusticiam se exhibuerit, et alteri voluerit aut spreverit, et v[u]lnera inter illum non querulando absque iure, et ille, qui vulneratus sit, inveniet defensionem et mutuo vulneraverit illum, et hic, qui primo vulneraverit suum adversarium, primo ad iudicium veniat et conqueratur, et alter, in quo pax violata sit, etiam veniat circa lucem diei et dicat, quod initium illius fuit et non suum. Si hoc,

ut iuris est, metseptimus protestabitur cum probis hominibus, qui viderunt et audierunt, qui presentes fuerint, acquirit primam querelam. Unus vir potest filium suum exemere unica manu, qui est in pane suo non uxoratus, tacto sacramento, quod filius suus reus non sit.

[hasła: sprawiedliwość, zranienie wzajemne, skarga, obrona, sąd, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, syn, zastępstwo]

[88] De muliere, que in manifesto facto detenta [k. 63v] fuerit. Capitulum Lxxxviii

Si femina in facto manifesto deprehensa fuerit in homicidio aut vulneribus duello dignis, ac ipsam propius est vincere metseptimus cum hominibus fidedignis, quam innocens fieri possit. Extunc ipsam iudicium pati oportet. Si autem vir querulatur super feminam pro homicidio aut vulneribus, quod eadem die factum fuerit aut visum, et si femina fideiussorie caucionem fecerit supra ius, de quo femina propius est evadere cum hominibus fidedignis metseptimus [s], quam ultra aliquam vim in ea agere possit. Si autem femina inculpatur pro querimoniis pernoctatis, et propius potest evadere femina unica tacto manu sacramento, quam aliquis eam vincere possit, aut aliquod inposterum contrarium pati etc.

[hasła: kobieta, zabójstwo, zranienie, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, niewinność, skarga, uwolnienie od skargi, zwłoka]

[89] [l] De viro, qui habeat duplices pueros. Capitulum Lxxxix

Si vir duplices pueros habuerit et primos ante ea eradicavit exponendo, et si postea secundis pueris aliquid dederit in suis bonis, et moriatur idem vir, hoc secundi pueri ante tollunt. Et quidquid superfluum fuerit aut supermanserit, hoc equaliter inter se dividunt, cum omnes equales sibi fuerunt in natura.

[hasła: dzieci, wydzielenie, darowizna, dobra, równy stanem, podział]

[90] De impropere scabinorum. Capitulum XC

Si vir scabinum in scabino indecenter in iudicio bannito increpaverit, si hoc probaverit per suos consodales, qui audierunt, illum oportet dare emendam scabino et iudici penam.

[hasła: ławnik, sąd wyłożony, zniewaga, sędzia, kara sądowa, mulkta, nawiązka]

[91] De homicidio et vulneribus. Capitulum XCI.

Si super virum querimonia facta fuerit pro homicidio aut vulneribus, et ipse accomodaverit circa suam hereditatem ad comparandum, et si profugus factus fuerit, quod non compareat, tunc debet vocari [k. 64] cum clamore, ut iuris est. Et si non compareat iudicio eodem die, tunc debet describi et recompensa in sua hereditate iudicatur, et iudici sua pena. Eciam nullus ulterius cogi potest facere cautionem fideiussorie, quam se sua extendit recompensa, nisi sit pro debito, quod maius sit.

[hasła: skarga, zabójstwo, zranienie, ucieczka, prawo, sąd, zapłata, wynagrodzenie, dziedzictwo, spadek, kara sądowa, mulkta, poręczenie, zabezpieczenie, dług]

[92] De contencione, que facta fuerit in die vel tempore noctis. Capitulum XCii

Si casu contencio moritur clara die, si probus vir in eo accusaretur, qui est, ibi visus non fuerit, de quo propius est evadere metseptimus cum hominibus fidedignis, qui presentes fuerunt, quam in eo duellum querere possit. Si autem super virum ydonee [s] circa noctis tempestatem pro homicidio aut vulneribus duello dignis allocutum fuerit, quod noctis tempore factum est, de quo propius evadet metseptimus cum hominibus probitate probatis, circa quos tunc fuerit, cum hoc factum perpetratum est, cum sit de facto innocens.

[hasła: skarga, bliższość do dowodu, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pojedynek sądowy, zabójstwo, zranienie, przestępstwo nocne, uwolnienie od skargi, niewinność]

[93] De petitione prolo[]cutoris. Capitulum XCiii

Quem vir pro advocato rogaverit, hic suam causam tenere oportet iure, nisi se excusaverit cum pena.

[hasła: pełnomocnik, prawo, kara]

[94] De suppellectii feminarum. Capitulum XLiiii

Et quando moritur vir, tunc uxori oves presentari debent ad suppellectilia, ubicunque ierit. Anete, colcidre, olle, picte eciam ad suppellectile pertinent.

[hasła: gerada, mąż, wdowa]

[95] De iuramento incollatus. XCV

Qui eciam vir iuramentum promiserit coram iudicio pro enormibus verbis aut depilacione, aut vulneribus, aut effusione sanguinis, de quo solutus domitti non potest, nisi voluntas iudicis fuerit et consensus.

[hasła: przysięga, sąd, zniewaga, wola, zgoda, zranienie]

[96] De tutoribus pupillorum. Capitulum XCVii

Quando pupilli suum verum tutorem habere non poterint, [k. 64v] quousque nullus ipsos ad aliquam iudicalem responsivam deducere possit, nisi prius ad annos pubertatis pervenerit. <Lxxix^a> Et si vir super alterum conqueritur, quod sibi abiudicaverit aliquid de suis bonis aut hereditatem, hoc ille possibilis obtinet, qui habet in possessione unica manu, nisi ipsum cum testimonio alocutus fuerit. Extunc possessor cum testibus servat, si voluerit.

^a na marginesie

[hasła: pupil, opiekun, lata sprawne, skarga, dobra, dziedzictwo, spadek, posiadanie, świadek]

[97] De civibus Meýdeburgensis. Capitulum XCviii

Quousque cives Meýdeburgenses veram actionem sive responsivam tenuerint et se coram domino pontifice ac burgravio ac sculteto ad iusticiam se [s] exhibuerint circa civitatis ius, tunc nemo eo extra civitatem in aliquo {aliquo} alio iure occupare, seu contra eos agere in iudicio alieno [potest].

[hasła: mieszczanin, Magdeburg, burgrabia, właściwość sądowa, prawo miejskie]

[98] De impedimento coram iudicio. [/] Capitulum XCIX

Nullus alterum coram iudicio postquam iudicium bannitum fuerit cum iniuriis, talibus impedimentis, que ipsum impedire possint in sua querela, sicut cum clamore aut turpiloquiis, aut ceteris insolenciis. Si hoc contra iusticiam fecerit, et si paciens ipsum protestaverit cum iudice et scabinis, extunc acquirit emendam et iudex acquirit suam penam. Si contigerit in iudicio castellani, tunc tria talenta demeretur, et in iudicio sculteti octo solidi. Et ubi homo suam emendam acquirit, ibi iudex optinet suam penam.

[hasła: sąd wyłożony, skarga, przeszkoda, sprawiedliwość, sędzia, ławnik, nawiązka, kara sądowa, mulkta, kasztelan]

[99] De sculteto, si aliquem impedierit in sua querela. Capitulum C sequitur

<LCXX^a> Nunc attendatis super eo, si scultetus aliquem impedierit in sua querela et sibi iudisticiam [s] non fecerit, et hoc sibi in iuste recusat. Si pro eo coram castellano

aut advocato impulsatus fuerit, cum testibus evadere oportet. Qualicumque testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali ipsum iudicem evadere oportebit, sive sint scabini aut alii astantes [k. 65] iudicio. Sin autem hoc coram iudicio bannito actum fuerit, tunc melius vinci potest testibus iure, quam ipse testibus evadere possit. Quando querimonia super ipsum coram advocato fuerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod sibi sit iudicium banitum, quam ipsum oportet ibi esse presentem, nisi legale impedimentum ipsum occupaverit. Quod impedimentum statim probare oportet. Si autem hoc non ostenderit et non nominaverit, et hoc per iusticiam facere denegaverit se excusare de sua iniuria, quam exercuit, et se exhibere ad iusticiam [debet], extunc condemnatur ab advocato in decim talentis idem advocatus et illi suum debitum, de quo denegaverit, facere iusticiam, et medio quo illa [s] non solvit solus, aut se iure excusaverit iudicio proximo, tunc nullus iudex esse potest, nisi ex hac culpa exemitur [s], secundum ut est promissum. Sin autem pro facto criminali, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro vulneribus aut homicidio, aut furto, aut spolio, aut ecclesie violencia, aut incendium [s], aut hiis similia [s], que crimina capitalia tanguntur, idem iudicium super ipsum, quod super illum ire debuit, pro eo nec recompensam, nec aliquid [l] facere potest, si in his vincitur, ut iuris est. Si aut[em] vir unus pro debito in captivitatem publicam presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum amiserit aut si evaserit absque sua culpa aut negligencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvat integram recompensam. Si aut[em] pro manu, tunc mediam solvit recompensam et hoc ipsum iuramento probare oportet tacto sacramento, si sibi parcere voluerit, quod ipsum absque omni sua culpa amiserit. <LCxxxvii^a> Integra recompensa facit decim et octo talenta, media recompensa facit novem talenta.

^a na marginesie

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]

[100] Iudicium super advocatum. Capitulum CXXXiii

Tunc attendatis de advocato, si non iuste iudicaverit, cum sibi querulatur, et hoc propter amorem aut munera, quod ob aliquam causam dimittit, vel si solus noxam fecerit iniusticiam, quod de iure facere non debuit, postquam ad iudicem electus sit ius [k. 65v] confortare et iniurias suffocare. Si querela super ipsum in suo iudicio facta fuerit, tunc scultetus iudex esse debet advocati seu super advocatum et per hoc igitur cum sentenciis, quod ante ipsum oportet respondere, ut inposterum patebit. Petat advocatum surgere per sentenciam, quod super ipsum habeat querulare per sentenciam petat, ut alium iudicem ponat loco suo, quod ipsum facere oportet. Tunc locet scultetum, qui sibi iudicare debet simili modo, ut advocatus super scultetum iudicare debuit. Eodem modo iudicet scultetus advocatum. Idcirco advocatus iudicium bannitum habere non potest absque sculteto, quia coram eo iure se debet exhibere, si super ipsum aliquis voluerit querulare^a. Si hoc contra iusticiam

anno et die recusavit, tunc domino terre iudicium vacat, quod et habuit, et regi bannum, si persecutus fuerit cum veris sentenciis.

^a quelurare

[hasła: wójt, skarga, wyrok niesprawiedliwy, sołtys, sędzia, odpowiedzialność, sąd wyłożony, rok i dzień, termin, sąd królewski]

[101] De obsidiis et quod femine stuprantur. [/] Capitulum Cii

Obsidia et quod femine stuprantur, et irruencia domiciliorum burgravius et nullus alter nec scultetus. Sed irruencia domicilii probabiliter potest ostendi cum vulneribus et cum vulneratis edificiis, si super hoc homines et iudicem, qui clamorem audierint, habere poterit in testimonium, oportet desuper respondere cum duello, quam iuramento evadere possit.

[hasła: zasadzka, gwałt, napad na dom, burgrabia, rana, sędzia, odpowiedzialność, pojedynek sądowy, przysięga]

[102] De irruencia domiciliorum. Capitulum Ciii

Si aliquis irruenciam domiciliorum fecerit nocte aut die, eum detinuerit in facto manifesto, et ipsum captivum ad iudicium cum clamore deduxerit, et si super eo homines, qui suum clamorem audierint, habuerit metseptimus vicinorum suorum, factum ostendere possit, ut iuris sit, illi ad collum transit. Si autem factum manifestum ostendi non potest, extunc ille propius est evadere metseptimus, quam eum vinci possit.

[hasła: napad na dom, przestępstwo nocne, przestępstwo za dnia, skarga, sąd, samosiódni, przysięga, współprzysiężnik, krewny, kara śmierci, prawo, gorący uczynek]

[103] De promissione querele tenere et concordia facta fuerit. Capitulum Ciiii

Et si vir querelam suam tenere promiserit, et si tempore medio concordia [k. 66] facta fuerit, extunc pro eo non plus amittit, nisi iudici dat suam penam.

[hasła: skarga, ugoda, kara sądowa, mulkta, sędzia]

[104] De peccudibus, que noxam inferunt. Capitulum Lvi

Si aliquis habuerit equum vel canem aut aliud peccus quodcunque, quod loquela careat, et noxam sive damnum fecerit, sin autem dicit suum non esse damno perpetrato, sibi in suo iure non nocebit.

[hasła: koń, bydło, szkoda, prawo]

[105] De eo, qui spoliat civitates aut suos concives. Capitulum Cvii

Si aliquis spoliaverit cives suos, aut proprium aut feodum aut hereditatem intra municipale et si hoc non habita querela faciat ante dominum terre vel ad suum iudicem, illi sua edificia abiudicare supra curiam suam et seccari, et illa edificia erunt communia et omnibus publicantur hominibus. Sin aut[em] edificium iudici iudicialiter fiscatum {fiscatum} fuerit, ita quod ibi puella aut femina stuprata fuerit intra illud edificium, debet reseccari et abinde nullus duci.

[hasła: własność, lenno, dziedzictwo, mieszczanin, sędzia, budynek, konfiskata, kobieta, dziewczyna, gwałt]

[106] [/] De iuramento pessimo Iudeorum. Capitulum Cviii

Nec est illud iudicium et illud iuramentum, cum quo aut per quod Iudeus iurare debet sive evadere debet Cristianum, quod scriptum est in iure imperatorum. Ille debet verti contra solem seorsum, stare nudipes debet super sedem unam, nudipes indutus clamide esse debet et pileum Iudaicum habere debet super caput. Si lapsus ter fuerit, totidem fertonem amittit. Et si quarto manet in culpa reus, tunc dicit illi, qui sibi predicat iuramentum: „Ego te moneo, N., Iudee, per has tres litteras per hanc legem, quam Dominus dedit Moysi in tabula lapidea in monte Sÿon, quot liber iste aut rodale verum sit ac iustum, super quem autem tu, Iudee, iurare debes huic viro Cristiano, N, pro tali culpa sive pro qua te huc ad [66v] ad iudicium deduxit”. Et sic iurare debet, et sic predicetur, ut sequitur.

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, prawo cesarskie, Mojżesz, Synaj]

[107] Sequitur.

In hac causa reus non sis, qua te hic vir Cristianus inculpat, quot te Deus adiuvat. Idem Deus, qui celum et terram creavit, aerem et rorem, montes cum vallibus, frondes, flores ac gramina. Et si sis reus, quod te terra absorbeat, que Dathaÿ et Abiron absorpsit, et si reus fueris, quod te venenum ac gutta ac lepra invadat, que precibus Eliseÿ Naaman Sirum dimisit et Yezÿ invasit. Et si reus fueris, quod te ignis comburent celestis et caducus invadat morbus, et sanguini[s] invadat fluxus. Et si reus fueris, quod tu pereas in tua anima et in tuo corpore et in tuis rebus. Et si reus, quod ad sinum Abrahe nunquam pervenias et acciderit, ut uxori Loth, que transmutata fuerat in efigiem salis, dum Sodoma periit et Gomora. Et si reus es, quod ad sinum Abrahe nunquam pervenires, et eciam ad resurrectionem nunquam [/] pervenires, ubi Cristiani et Iudei et gentiles ante Creatorem omium rerum resurgent. Et si tu reus fueris, quod te lex

deleat, quam Dominus dederat Moysi in monte Synaj, quam Deus solus scripsit suo digitto supra lapideam tabulam, et te confundat omnis scriptura, que scripta est in quinque tabulis Moysi, seu in quinque libris Moysi. Et si tuum iuramentum non iustum nec mundum sit seu fuerit, quod te deleat Adonaj et sua deitas potencia. Amen.

Explicit liber iuris municipalis.

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, powód, Sodoma, Gomora, Lot, Mojżesz, Synaj, Datan, Abiram, Elizeusz, Naaman, Jozue]

[108] Incipit de Imperio terre Saxonie ius suum ab inicio statutum fuerit et confirmatum.

[N]unc^a placet audire et intelligere, quo presens scriptum informat et relacione vindica. Primo de Imperio et quomodo terre Saxonie ius suum ab inicio statutum fuerit et confirmatum in suo iure, sicut ab antiquo tempore Babilonia tenebat. Ibi stetit Imperium et regnabat potencialiter per omnia regna, quia Nemroth gentis rex primo Babiloniam edificavit et circumcinxit civitatem nimia am[k. 67]plitudine, et edificavit in ea, innumerabiles ac altas municiones, unde usque in presens ius municipale nuncupatur. Et ibidem manens idem rex Nemroth ac duces ac multi alii viri famosi, qui nunc mercatores vocantur iure, quia municipale ius appellabatur, ut bene in libro presenti patebit. Unde nomen sortiabitur [s] absque qualibet transmutacione.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał, uzupełniony znacznie późniejszą ręką niewłaściwie Tunc

[hasła: cesarz, cesarstwo, Saksonia, Babilon, Nemrot, prawo miejskie, kupiec]

[109] De Imperio quamdiu steterit.

Nunc^a dicetur quamdiu Imperium steterit. Potentialiter permutacione usque Greciam a tempore Darj secundi, aut ultimi, quam rex Allexender maximus ac sedicionibus devicit bellis. Tunc transmutatum fuit imperium a Babilonia et stetit in Constantinopolim [s] usque ad illud tempus, quod [s] se Roma de Imperio intromisit, et potencialiter obtinuit usque ad presentis tempus ex parte beati Petri, qui caput Cristianitatis. Cum imperium Romam reversum fuisset, ibi stetit, ut patet in premissis. Tunc Cristiani absque iure fuerint, idcirco quivis in terris faciebat voluntate, aut quod facere poterat aut proficere, et hic absque querela permansit et per [l] iudicium multa, quia nullum fuit ius, ubi quis iudicium consequi potest aut possit, et hoc usque ad illud tempus perseveravit, quo se Roma de imperio intromisit. Et ipsi ibi venerunt et iusticiam consecuti fuerunt, et ibi exhibuerunt manus, unde paucem [s] manu obtinuimus usque ad presentis tempus. Tunc Romani convenerunt et decreverunt deliberando, quomodo regna sibi subiugare possent. Et omnes unanimi consensu et pari consilio concordaverunt, quod edificarent castra in terris, unde terras sibi subiugare possent. Et cum hoc fecissent, tunc arbitrati sunt, quomodo castra

confortarent, ut ipsis esset in iuvamine. Et illos acceperunt, qui nomen militare habuerunt, et eos supra castra locaverunt cum tali iure, ut usque ius castrense tenent et in castrensi feodo. Extunc liberaverunt, qualis statuta ~~regis^b~~ iuris terris constituere velent, et terris tale ius constituerunt, quale adhuc terra Saxonie protestatur, [k. 67v] per imperatorem Constantinum et per imperatorem Carolum.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał, uzupełniony znacznie późniejszą ręką niewłaściwie Tunc; ^b skreślone przez pisarza podstawy

[hasła: Grecja, Dariusz II, Konstantynopol, Aleksander Wielki, cesarstwo, św. Piotr, Cesarstwo Rzymskie, chrześcijaństwo, Chrześcijanin, sąd, Rzym, rzymianin, zamek, zgoda, rada, prawo, Saksonia, Konstantyn Wielki, Karol Wielki]

[110] ^aNunc audire et intelligere potestis^a pro principibus ac baronibus, et hiis omnibus, qui nomen militare digne conseruntur, quomodo ipsum [s] cum Romanis sint arbitrati, quod scire vellent, quomodo Imperium deberet permanere. Et statuerunt regni ius cum consilio, quod ipse sedem regiam Rome debeat ex parte beati Petri cum gladio temporalis, unde adhuc advocatus appellatur. Idcirco vitam demereri non potest, nec in suo iure debilitari, nisi tribus de causis, que patebunt in sequentibus. Quorum primum est, si sedem Romanam destruere vellet. Secundum est, si contra fidem faceret Catholicam. Tercium, si legitimam sine regali causa dimittere uxorem. Quorum horum trium, [si] de uno convictus fuerit, quod absit, extunc deberet iudicari, caput sibi deberet amputari cum [/] aureo delabro, propterea quia ipse rector gladii temporalis, cum quo debet iudicare omnes hos, qui noxam fecerint, aut qui caput demerentur. Et insuper omnibus comisit, qui iudicis nomine censantur [s], cum eo protegere viduas et pupillos, et domos Dei, et omnes iniurias humiliare et iusticias confortare. Insuper iudicium comisit omnibus iudicibus temporalibus, sive secularibus, cum eo iudicare super omnes hos, qui in maleficiis deprehensi fuerint in facto manifesto, et ad iudicium deducti fuerint, ut ius dictaverit. Ibi omnes iudices sibi iudicare debent, vel preco ipsorum loco. Eodem modo ut iudices habent temporalem gladium a rege. Eodem modo sacerdos spiritualem gladium habet ab episcopo.

^{a-a} większe litery

[książę, baron, miecz, katolik, wdowa, sprawiedliwość, gorący uczynek]

[111] Sequitur de imperatore, quis eum iudicare debet.

[N]unc^a attendatis, quis imperatorem iudicare debeat, si ex his tribus premisis in aliquibus convictus fuerit. Facere hoc debet Sacri Imperii Renensis palatinus, qui ab imperatore ac imperio ex arbitrio positus fuerat. Tali modo, ut pallatinus imperatorem debet iudicare, eodem modo iudicet [k. 68] burgravius marchionem pro suo excessu, et scultetus burgravium.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał, uzupełniony znacznie późniejszą ręką niewłaściwie Tunc

[palatyn reński, marchia, burgrabia, sołtys, cesarz, lenno]

[112] De mercatoribus.

Extunc mercatores dicebant ad imperatorem, quod libenter scire vellent, in quo permanere possent. Tunc indicavit ipsos imperator cum consilio Romanorum ad aquas navipotentes, quod edificarent ibi civitates firmas cum iuris et turribus. Tunc plus dicebant imperatori, quod libenter scire vellent, quo iure stare debeant. Extunc imperator dedit eis tale ius, quale cottidie in sua curia habere solebat. Et hoc firmavit eis cum consilio Romanorum et cum vindicis signis. Et suam manum exhibuit, quam apprehendit quidam mercator, et dexteram cirothecam sibi de manu deponit, super quo pax beati Petri ipsis confirmata fuit. Quod huc usque manet in exemplum, ubi nove civitates edificantur aut fora, quod ibi crux ponitur super forum. In eo probatur et apparet, quod ex voluntate regis factum sit, cum municipale ius ab antiquo tempo[re] huc usque permansit et confirmata ab Imperio, et nomen obtinuit usque in hodiernum et presentem diem.

[hasła: kupiec, cesarz, rzymianin, św. Piotr, miasto, rynek, krzyż, wola, król]

[113] De reprobacione sentencie.

Nunc^a attendatis, si in Meydeburg reprobaretur sententia, quomodo autem ubi eam querere aut invenire debent. Ipsi debent in Scharthow, ultra Albe, et ibi reprimit quatuor seniores viros, quos ibi invenire poterint. Hoc idcirco, quia diucius stetit, quam Meydeburg, et Cesar Otto a tempore diuturno ducatum constituit, et omnes eodem iure constricti sunt. Tunc trahunt cum eisdem quatuor senibus, quos de Scharthow duxerunt et invenerunt, et redeunt in Meydeburg aut ad pallacium aut ad curiam, que imperatoris Octonis Ruffi fuerat, qui palacium ipsis formaverat, et in summi sine templi, ut in premissis patet et in sequentibus apparebit, quia continue pro reprobata sententia ad Imperium se trahere [k. 68v] potuerunt.

^a *zostawione miejsce na ozdobny inicjał, uzupełniony znacznie późniejszą ręką niewłaściwie* Tunc

[hasła: Magdeburg, apelacja, odwołanie, Łaba, Schartau, starszy, cesarz, Otto, Otto Rudy, wyrok]

[114] De pallacio.

[N]unc^a attendatis per quem modum ipse palaciam fecerit. Vocavit quosdam quatuor senes de Scharow, et quatuor canonicos, qui prelaturas habebant in summo: primus prepositus, secundus decanus, tercius episcopi vicarius, quartus cancelarius. Insuper recipit quatuor barrones, ecclesie maioris feodalis et Meydeburgensis. Unus fuit marscharcus [s], secundus dapifer, tercius pincerna, quartus camerarius. Insuper recipit quatuor scabinos et scultetum. Insuper recipit tres duces laycos, qui primi sunt

in electione imperiali, quem accepit supremus, fuit advocatus ecclesie maioris in Meydeburg, hoc est burgravius. Tunc imperator accepit eosdem xx octo viros provocatores, et super sedes ipsos locavit pallacie, et dedit eis potestatem ex parte sui, quecunque sententia in [/] Meydeburg diffiniri non posset, aut reprobaretur, ibi deberet recipi, et quidquid daretur ac rationabiliter pro iure municipali teneri deberet. Et cum sententia ante pallaciam fuerit, tunc debet dari in signum hiis XXVIII^o, cuilibet [eorum], solidum aureorum, et quivis solidus debet valere xii solidos talis peccunie aut talium denariorum, cum quibus ibidem consuetudo fuerit. Tunc hiis quatuor dantur quatuor marce, quod quivis marca debet xii marcas argenteas valere. Hoc datur his xxviii. Hoc illi dare tenentur, quibus sententia ad profectum vel ad utilitatem difinita et inventa fuerit.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał, uzupełniony znacznie późniejszą ręką niewłaściwie Tunc

[hasła: palacja, cesarz, Schartau, kanonik, prepozyt, dziekan, zastępca biskupa, szafarz, prałatura, baron, Magdeburg, marszałek, stolnik, cześnik, podczaszy, szambelan, ławnik, burgrabia, kościół, prawo miejskie, wyrok, odwołanie, apelacja]

[115] Quantum plus dare oportet.

Nunc^a attendatis, quantum plus dare oportet aut dare tenetur illi scabino suam emendam, cuius sententiam reprobavit, et iudici suam penam. Sin autem consensus aliorum scabinorum sententiam reprobata fuerit, tunc cuilibet scabino datur emenda et iudici pena, et quod fuerunt emende, tot erant et pene.

^a zostawione miejsce na ozdobny inicjał, uzupełniony znacznie późniejszą ręką niewłaściwie Tunc

[hasła: ławnik, zadośćuczynienie, wyrok, apelacja, odwołanie, kara sądowa, mulkta, zgoda]

[116] Si quis iurare voluerit false.¹

Utrum iurati et scabini [k. 69] scientes aliquem coram ipsis false et iniuste, debeant ille iuramentum admittere in foro iudiciali, et quid facere debeant, dum talis ad iuramentum venerit et dicit: „Domine, permittatis me circa ius meum diffinitum a vobis, quia iurare respondo^a”. Si scabini ibi sunt, aut persone publice quamvis reddere debent et non possunt eum reparare a suo proposito sive scandalo, eum admittere possunt. Si autem private, tunc possunt eum admittere nec debent.

^a odczyt niepewny

¹ ortyl występujący także w rękopisie Biblioteki Uniwersytetu w Lipsku “Albertina” sygn. 951b

[hasła: ławnik, przysięga, sąd]

Conclusio libri istius.

Iste^a liber finitus est et de Theutunico translatus in Latinum per Conradum scriptorem ac notarium eondam Sandomiriensem ac civem dicte civitatis, ad petitionem viri famosi, domini Nicolai dicti de Paczonow, civis supradicte civitatis, qui fuit causa movens, in cuius nomine est inchoatus. In eiusdem viro nomine finitus.

Idem vir Conradus supliciter exortatur diligenter quemlibet lectorem petens, ut cum in hoc libro ipsum contigerit legere, quidquam ibi displi[/]/cencie fuerit, ut hoc sue non imputet iridicari^b. Cum tamen per imperatores ac cesares idem liber sit constitutus, licet compendiose, ut Constantinum, Iustinianum ac Karolum confirmatus. Ac eorum petitionibus per sanctos patres Apostolicos sanctitus, ac sub anathemathe prohibetur, ne quis augmentando eundem librum vel minuendo in aliqua sua distinctione vel diffinitione transponere, aut transmutare aliquantum presumat debet, ipsum in suo vigore inviolabiliter permittat permanere. Cum eciam per falsam gramaticam mortale peccatum non comittatur, si minus rethorice aliquid in eodem oppusculo repertum fuerit, hoc peto non minium [s] ponderari, nec michi propter hoc impropere.

Nota de latitudine ac longitudine mansi Franconici. Ulnis ver[o] bisseptem fac virgam, iungito pugnum, bisseis latus ex his fiat tibi mansus, [k. 69v] bis centum longus ac virgis septuaginta. Franconicos [s] mansus perfectus sit tibi sensus.

Amen. Laudo Deum quia finem habeo.

Iste^c liber est finitus per Martinum Zabowszkȳ de Lwowe in vigilia Sancte Crucis [13 IX] Anno Domini millesimo quingentesimo tredecimo. Cantor.

^a miejsce na ozdobny inicjał; ^b odczyt niepewny; ^c w rkp. Isste

[hasła: Konrad z Sandomierza, Mikołaj z Cieszyna, Mikołaj z Pacanowa, Marcin Zabowski, pisarz, Konstantyn Wielki, Justynian Wielki, Karol Wielki, apostoł, łan frankoński]